regni qui literas.4.not. libro.tertio, & eſſe comm.opin.teſtatur Socyn.iunior conſil.45. numer.octauo.libro tertio à quo non recedit id, quod dicimus in dubio ſemper eam interpretationem fieri, ne falſitas ſit commiſſa. Cepolla conſil.38.colum.ſexta. Marſ.conſi. 21.colum.ſecunda. Thom.Gramm.deciſ.26.nume. 12.Socyn.iun.d. conſil.45.in princ. Præterea dici poteſt, quod ex eo ſtatim non ſequitur, quòd puniri debeat pœna falſi. Non obſtat l.iubemus. quia ibi in ſcripturis ſuſpectis, quorum contenta non fuerint probata, nos in teſtibus. eodem modo reſpondetur ad.c. porrecta, hoc eſt, quod loquitur in ſcripturis, quorum contenta non probentur, & ſint ſuſpecta; c. verò cum eccleſia ſutrina nihil probat. Ex his non eſſe verum id, quòd ſcribit Aegid.Boſſ.d.pract.crimin. ſub titul. de defenſ. reo. numer.36.quòd aut ignorauit, & non poteſt; falſi enim pœna imponitur falſum deponenti, ſcienter, non ſuper Negatiua.

132 Secund. ampliat. hæc regul., vt procedat etiam in negatiua tacita exemplum in. d.c. cum eccleſia ſutrina, hoc eſt dum teſtes deponunt per dictionem tantum vt centum Canonicos tantum eligiſſe, dictio.n.tantũ negat in aliis iux.not. in.l.ob es.C.de præd.min.&.l. cum prætor.ff.de iudic. itaque deponentem

eſſe ſuſpectum falſi ſcribit Iaſ.in.d.l.i.col.4. ff.ſi quis ius dic.non obtemp.& late cũ.Apoſtillæ ad Lanfran.in.d.c.quoniam contra nu. mihi.14.& puniri poſſe pœna falſi extra ordi nem ſcribit Alexan.in.l.pen.§.pen.ff.ne quis eum.& ex his practicam probādi negatiuam per Clauſulam item fuit,& eſt abſque eo etc. dixit non eſſe bonam.Franc. Rip.in.d.c.cum eccleſia nu.mihi.76.eadem ex identitate rationis trahenda ſunt ad alias tacitas negatiuas.

133 Tertio ampl. vt adeo ſit improbabilis, vt teſti ſuper negatiua deponenti nulla fides adhibeatur, vt per Inno.in.d.c.cum eccleſia.per Ang.in.d.l.pen.§.docere Bald.in.l.pen.§.pen. ff.qui ſatiſd.cogant.Alex.conſi. 65.col.3.lib.i. Fran.Rip.in.d.c.cum eccleſia nu.76.& probatur in.c.i.in verbo non poteſt (quod negat actum,& potentiam iuxt.not.in reg.i.de reg. iu.in.6.& per Rip.in.l.i.in princ.ff.de verbo. obligat.&ſi aliter,quàm alii in alia parte hoc declaraui) de confeſſ.lib.6.

134 Quarto ampl.vt negatiua nullo modo directo probari poſsit; quia non entia non cadunt in ſenſum hominis ſec. philoſoph.in.2. de anima.teſtis autem de iis,quæ percipit ſenſu deponere debet.& ita ſcribit Bald.in.l.errores.C.de error.aduocat.

135 Quinto ampl.vt procedat etiam in teſtė de

ponẽte de facto ſuo,etiam ſi plures teſtes hoc faciant, qui in facto multiplicabili niſi aliud dicant in effectu habebunturpro ſingularibus,vt in terminis in probanda negatiua non ſolutionis gabellæ ſcribit Dec.conſi.649.col. pen.libr.5.& conſ.534.col.fin,lib.4. de hoc tamen quando teſtis ſuper negatiua facti ſui deponat quomodo probet videbimus infrà ſuo loco.

136 Sexto ampli.vt iudex officio, & arbitrio ſuo poſſit reiicere poſitiones negatiuas,& teſtes ſuper eis nõn examinare,vt eſt tex.in.d.c. primo de cõfeſſ.lib.6.& faciunt not.per Bar. in.l.2.§.quod obſeruari nu.31.C.de iuram.cal Alexã.ſcribit conſi.65.col.2.lib.i. Hoc tamen. arbitrium limit.ex æquitate,vt tex. dicit.d.c. primo item ex regulis iuris communis.argu not.per Iaſ.poſt Fulg.in.l.quod ſi epheſi.§.fi. ff.de eo quod cert.loc.&.l.nõ enim.ff.ex quibus cauſ. maior. de quo infrà tangemus ſuo loco.

137 Septimo ampl.vt etiam pars negatiuam allegans,ſiue fundans ſe in negatiua ſit ſuſpecta calumniæ & calumniæ ratione à iudice repelli poſſit vt per Bar. in.l.fin.ff.de feriis vbinegantem inditia eſſe vera,& ex qua cauſa id neget nõ exprimentem à iudice rectè repulſum ſcribit,& ſequitur Alex. conſi.65.col.2.libr. primo.

loci, temporis, Rei, qualitatis effectus & huiuſmodi vt per eundem Crauet. conſ.78.lib. primo. faciunt not. per Dec. conſi.649.col.4. libr.5.

141 Tertio maximè procedit vbicũque negatiua nõ ſit aliquo modo coarctata; tunc enim cum per ſpecies, & differentias negatiua cognoſci non poſſit, item non cadat in ſenſum teſtis, ſatis commode probari non poteſt, vt per Ioann. ign. in. d. §. non alias nu.79. Alexan. conſi.65.col.2.lib.1.conſi.141.col.5.lib.eo.conſi.132.in fin.lib.2.conſi.108.col.4.lib.eo.conſ. 136.col.fi.lib.eo.& per Decium conſ.534.col. fin.lib.4.& Aegi.Boſſ.in pract.crim.ſub rub. de defenſ.re.nu.20.

142 Quarto maxime procedit vbicunque teſtis deponens ſuper negatiua rationem dicti ſui non alleget; is enim etiam non interrogatus rationem dicti ſui reddere debet, vt per Ang.in.l.pen.§.docere.ff.ne quis eũ.Dec.cõſ. 173.lib.2.& conſi. 534.col.fin. lib.4.Bald.in.l. ſolam in fin.C.de teſtib. & in.l.cum hi.§.nihil.ff.de tranſact.& infra declarabo.

143 Quinto hæc regula maxime procedit vbicumque teſtes deponãt ſuper Negatiua actuũ multiplicabilium quoad effectum concludendi, vt per Ioann. ign.d.§.non aliàs nu.165.,& per Dec.d.conſ.534.col.fin.lib.4.

144 Sexto hæc regula maxime procedit vbicũ-

que teſtes ſimpliciter aſſererent cõtenta in pe titione,vel poſitione eſſe vera ,& aliud non di cerent vt per Dec.d. conſi.173. col.fi.lib.i.vbi ſi in poſitione multa reperiantur ad Negatiuam hanc generalẽ ſermonem non referri affirmauit.

145 Septimo maxime procedit in negatiua ſenſu non perceptibili, vt per Angel.in.d.l.pen. §.docere. & per Decium.d. conſil.173. col.2. libr.i.

146 Octauo maxime procedit in Negatiua iuris ſuper qua,vt ſuper affirmatiua poſitiones non recipiuntur, vt per Bart.in.l.ornamentorum.ff.de au., & arg.leg.& ſcribit Alex.conſ. 65.col.pen.lib.i.

147 Nono hæc reg. maxime procedit quando contra Negantem adeſt præſumptio iuris, & multo magis ſi adſit præſumptio iuris,& de iure;tunc enim vix receptum eſt,vt in quibuſdam caſibus admittatur probatio, probatione alias regulariter interdicta, vt per Alexã.in l.inter ſtipulantem.§.i.ff.de verb.obliga. & in l.à D.pio.§.ſi ſuper rebus.col.i.ff.de re iudic. Alexã.conſ.47.conſ.71. conſ.77.in fin.libr.6. conſi.114.lib.4.conſ.62. nu.13.lib.7.Felyn.in. c.quoniam contra col.16.ex.de probat.Marſ. in.l.i.§.ad quæſtionem in fin.ff.de quæſtion. Alciat.2.p.præſump.in prin.Idem dicendum eſt ſi contra negata ſit regula ius commune,

vel probabile aliquod argumentum ſecũdum notata alias ſupra.

148 Hæc licet ita ſint non tamen vſquequaque omnibus in caſibus ĩterdicta eſt poteſtas probandi negatiuam vt ſentit text.in.c.i.de conſeſs.lib.6.ſcribentes in.d.l.in illa.& in.c.quoniam contra.& in.c.cum eccleſia ſutrina Bal. in.l.i.C.de reb.credit.in.l.contra negantem. C.ad.l.falcid. Angelus.in.l.qui bona.§.qui damna.ff.de damn.infect.Alexand. conſ.114. colum.2.lib.i. Iaſ. in.l.2.§.ſi alios.ff.ſi ex noxa.agat. Dec.conſ.83.Fely.in.c.tertio loco col. 2.ex.de probation. Florian.in.l.2.ff.de prob. Butrig.& Bal. in.l.actor.C.eo.titu.Tiraq.in tract. retract.§.4.gloſ.i.nu.18.cum aliis quæ ex ſupra & infra dictis cumulari poſſent,adeo quidem,vt negatiuam contra præſumptionẽ iuris, & de iure probari poſſe Dec.ſcripſerit conſ.64.num.5.libr.i.quod maximẽ procedet vbi teſtes ſuper negatiua depoſituri veriſimilia deponant vt per Aret.& Dec. num.9.in.c. tertio loco ex. de probation.ad hæc faciunt ea,quæ dicemus infra: in quo illud ſub notabo quòd vbi agitur de reuocando priuilegio à principe conceſſo,& negatiua ſit fundamentum intentionis alicuius,& contra ſe habeat præſumptionem iuris, & de iure ibi non non admittitur probatio in contrarium Dec. conſi.287.in.fin.lib.2.et conſi.293.in fi.lib.e.

ampl. etiam vt contra propriam confeſsionē quis admittatur ad docendum de errore vt per Alex.& Iaſ.in.l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiur.Canon. in.c.auditis,& in.c.corā felicis.ex.de reſtitu.in integ.Alex.cōſ.172.col. fi.lib.6.cōſi 55.in fin. lib.5.Bald.in.l.i.q.fin.C. de cōfeſ.Matt.ſing.166.Dec.tholo.99 Quare modos quoſdam,quos variis in locis poſitos notaui, quibus Negatiua probari poſſit, hic ſubnectam.

149 Primus modus itaque probandi negatiuā eſt per contrariam affirmatiuam,hoc expreſſe probatur in.l.optimam verſi.niſi is qui dicit.C.de contrah.& commit.ſtipul.& eſt glo. in.l.2.C.de error.aduocat.& probat tex.in.§. item verborum obligatio verſ.niſi is, qui talibus inſtitu.de inutil.ſtipulat.& eſt ratio, quia poſito vno de contrariis alterum tolli neceſſe eſt.l.vbi repugnantia cum ſimil.ff.de reg.iur. & ita in probando quod non fuit probando, quòd fuit alibi ſcribit Alex. conſi.5.colum.2. libr.i.hunc modum poſt alios poſuit Franc. Rip.in.d.c.cum eccleſia.nu.79.Alex.conſ.83. in prin. lib.i.conſ.190.col.3.libr.6.Bald.in.l. ſcripturæ.C.de fid.inſtru.& pluribus exemplis proſequitur Ioann.Ign.in.d.§.non alias nu.58.&.154.ſequitur Thom. gram. Dec.56. numer.4.Crauetta conſi.i.col.penul.libr.i.

150 Iſte modus declaratur vt procedat ita de-

mum ſi probata affirmatiua probandā ſit, negatiua ſi quidem teſtes depoſituri ſuper negatiua ſint omni exceptione maiores, & ita mihi probat tex.in.d.l.optimam ibi per teſtes vndique idoneos, & multiplicatio verborum in d.§.item verborum, niſi reſpondeatur quòd loquuntur in probanda negatiua cōtra inſtrumentum, quod probatio probata, & multum priuilegiata dici conſueuit; quinimmo veritas apparens.Bald.in.l.licet col.i.in.c.lect.ff. de.leg.i.Ruyn.conſ.128.col.i.lib.4.Dec. cōſi. 36.col.i.conſ.423.col.2.conſi. 682.col.i.Pariſ. conſi.54.col.i.lib.i.vbi quædam alleg.Socyn. iun.conſ.178.col.i.libr.2.conſ.94.col.2. conſi. 113.col.i.conſi.127.cōſ.130.col.i.libr. & vbi eſt inſtrumentum ibi eſſe caſum legis Crauetta conſi.31.in prin.libr.i.

151 Hoc idem ſenſit Alex. conſ.43.col. 6.lib.4. .& mihi ſuadetur; quia in quacunque probatione extraordinaria requirūtur teſtes omni exceptione maiores iuxt.not.per Bal.in.l.qui accuſare.C.de edendo;& ſcribit Dec.in.conſ. 105.nu.4.libr.i.probatio autem negatiuæ eſt extraordinaria, quia regulariter eſt improbabilis.Inde magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quam mille negantibus iux.glo. in.l.diem proferre.§.ſi quis.ff.de arbit.& not. per Bal.in.l.2.col.fin.C.de reſcind.vendi.glo. fin.in.c.i.de præſump.lib.6.Imol.in.l.inter pa

res.ff.de re iudic.Alex.conſi. 110.colum.1.lib. primo conſi.54.libr.6. conſi.148. col.i.libr.2. conſi.169.col.fin.lib.6.Dec.conſi.534.libr.4. conſi.649.lib.5.& in reg. in omnibus de reg. iur.Crauet.conſi.226.col.fin. lib.2.Socy.iun. conſi.88.nu.20.lib.2.& conſi.117.col.1.libr.3. cum his quæ in alia parte hoc dictum declarā tes congeſsimus, ſuper quibus inſiſtendum non puto.

152 Hæc limit. ſubdeclaratur vt non procedat vbi numerus teſtium, veriſimilitudo, vel qualitas vnius teſtis alterius defectum ſuppleret vt per ſcribentes in.l.ſi quis ex argentariis.§.i. ff.de edend.Bald. conſi.152.lib.1.Alex. conſi.5. col.2.lib.1.conſi.24.col.2.conſi.42.col.1.cōſi. 56.in fin.libr.2.conſ. 54.col.9.lib.4.conſi.47. col.i.lib.2.conſ.93.col.fin.lib.6.Curt.ſen.cōſ. 55.nu.5.Dec.in.c.licet cauſam col.6.ex.de probat.Iaſ.in Aut. ſi vero contigerit.C.de iudic. & in.l.i.C.de ſumm.trin. & fid.cat.Curt.in. tract.de teſtib.col.i.Bertran.conſ.55.lib.i.Crauet.conſ.99.col.fi.cōſ.73.col.6.cōſ.178.col.4.

153 Secundo iſta declaratio ſubdeclaratur vt non procedat in actu fauorabili, tunc enī data paritate probationum teſtes negatiuā probantes præferuntur probationi affirmatiuæ, & ita late ſcribit Alexan. conſi. 190.colum.3. libr.6.

154 Tertio ſubdeclaratur vt procedat quando

plene probata fuit affirmatiua,ſecus ſi nó plene,tunc enim teſtes contra negantes data aliter paritate æque probant ac ſuper affirmatiua,& ita intelligo not. per Bald. & Salyc.in.l. ſcripturas.C.de fid. inſtrumen.quòd ſi vnus teſtis affirmet alius neget neutri creditur.

155 Hic autem notandum puto; quia vbicumque qualitas, quòd quis ſit omni exceptione maior requiritur in teſte, illa eſt articulanda,& probanda Bart.& Angel. in.l.i.§.ſi quis neget.ff.quemadmodum teſtamen.ap.Alexā. conſ.82.col.2.lib.i.Paris.conſi.24.col.3. lib.3. Dec.conſ.163.col.5.lib.i.Paris.cóſ.59.in prin. li.4.Plane qui ſint teſtes omni exceptione maiores declarat Bald.in.d.l.optimam num.8. ſcribentes.in.d.§.item verborum. inſtitut.de inut.ſtipulat.& in.l.admonendi.ff.de iureiur. tex.& gloſ.in.c.ex literis.ex.de conſang.& affin.Felyn.in.c.cum Ioannes col.5.ex. de fide. inſtrumen.Alex.conſ.70.col.4. lib.2.cóſ.146. col.fin.lib.5.Alex.conſi.180. col.2.libr.6.Dec. in.d.conſ.163.Alexan.18.col.2.libr.i.Paris.152. col.2.lib.4.conſ.59.col.i.lib.eo.conſi.83.col.2. lib.i.Crauetta conſil.56.col.fin.libr.i.Socyn. iun.conſi.163.col.i.lib.i.conſi. 86.col.2.lib.2.

156 Secundo principaliter limit.iſte modus,vt procedat ita demum ſi affirmatiua contraria neceſſariò inducat negatiuam ; ita vt non admittatur aliqua conciliatio inter negatiuam

& affirmatiuam,quod vtraque ſtare poſſit & ita mihi ſentit text.in.d.§.item verborum ibi ipſo toto die, quo conficiebatur inſtrumentũ,& ibi manifeſtiſsimis probationibus.inſt. de verb.oblig.& in probanda negatiua,quod non fuit hic tali die,neceſſarium eſſe,quòd dicatur toto tali die fuit abſens in tali loco ſcribit Alex.conſ.190.col.lib.6.& ſuadetur ratione,quia probatio negatiuæ vt affirmatiuæ debet eſſe concludens.c.in preſentia cum ſimili.ex.de probat.Inde vbicunque fieri poteſt interpretatione contrarietas oriatur ibi ea faciẽda eſt; tam in teſtibus, quam in ſtatutis, quã generaliter in qualibet alia diſpoſitione.c.cũ tu.ex.de teſtibus vbi Abb.& Felyn.& in.c.cũ inter ex.de fid.inſtrumen.vbi de inſtrumẽtis, & in pactis per Dec. conſi. 465.conſ.500 col. pen.lib.4.Alex.conſi.170.lib.6.& cõ.193.col.2 lib.6.Bar.in.l.omnes populi in vltim.q.prin. ff.de iuſtit.& iur.vbi de ſtatutis.Alex. conſi.5. col.2.lib.i.conſ.141.col.3.lib.2.conſ.48.ad fin. lib.3.Alex.& Iaſ.in.l.i.col.2.ff.ne quis eũ.Decius in.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iu.in.l.fin. in prin.C.de edend.in.l.fin.col.3.C.de bono. poſſe.ſec.tab.conſi.284.col.3.conſi.317.conſi. 337.Dec.conſ.163.col.2.conſi.518.col.2.Alexã. Dec.& poſteriores in.l.2.§.ſi creditũ.ff.ſi cer. pet.Et ſi teſtis deponeret tali hora, vel circa, qua commiſſum fuit homicidium inquiſitus

alibi fuit, ſemper mecũ hanc negatiuam non probaret. Cor. conſ. 179. col. fi. lib. 3. & ſcribit AEgid. Boſſ. in pract. crimi. ſub rub. de defenſione reo. nu. 27. & ibidem nu. 24. dixit neceſſe eſſe dicere quod idem eadem hora ſemper ſecum fuit, & quod nunquam receſsit, & quòd recedere non potuiſſet, quin ipſe uidiſſet.

157 Secundus modus eſt in probanda negatiua quæ habet implicitam affirmatiuam per probationem actuum inducentium affirmatiuã (modus à ſuperiori longe diuerſus) vt in probando aliquem non ſanæ mentis per actus inducentes implicitam affirmatiuam, hoc eſt furorẽ, & inſaniam id probabimus, & ita ſi per vicos inſanorum more deridenda quis profatur animi defectus arguitur. l. ob quæ vitia. ff. de edilit. edic. item ex eo, quod lapides quis proiiciat inſania probatur Alex. conſi. 54. libr. i. item ex eo, quod à parentibus fuiſſet ligatus vt inſanus Paris. conſ. 87. col. i. libr. i. itẽ ex eo ꝙ omnia bona dilapidat, & ei fuerit datus curator Dec. conſi. 274. libr. 2. item ſi memoriã non habebat, & neſciebat dicere pater noſter & neſciebat explicare id, quòd volebat Paris. conſi. 88. col. 2. libr. 3. item ſi a parentibus ita fuerit habitus, & reputatus vt per Decium cõſi. 86. libr. i. licet in conſi. 448. contra ſenſerit, & multis aliis modis hæc negatiua furoris

probari poteſt, qui notari poſſunt ex ſupra allegatis conſiliis item ex not.per Bal.& Are. in.§.item furioſi inſtitu.quib.non eſt permiſ. fac.teſtam.& per ſcribentes in.l.ſi cumdotem §. ſinautem in nouiſsimo.ff.ſolu.matri.& per Dec.conſ.448.vbi ex ſolo iactu lapidum omnino furorem non argui dixit,quod non procedere putarem in loco publico coram populo,aut in eccleſia aut alibi arbitrio iudicis aliter dictante arg.not.per Orian.in.d.c.quoniã contra in verbo teſtium nu.56.quippecum & ſapientes homines quandoque id faciant per Alex.conſi.141.col.2.lib.1.vbi etiam per teſtes ſingulares non ſanæ mentis hominem probari,& per Alex.conſi.86.col.3.libr.2.vbi ſi quis dicat ſe cum beſtiis morari dum in ciuitate cum hominibus conuerſatur, furioſus arguitur, & per Alex.conſi.147.col.4.libr.2.& per Alex.conſi.92.col.3.libr.5.vbi ſi quis verberat matrem,vel domeſticos furioſus habetur, & per Decium conſi.489.in fin.lib.4.vbi etiam per teſtes de credulitate furorem probari dixit.Paris.conſi.87.col.1.libr.3.& per ſcribentes in.l.furioſi.C.qui teſta.fac.poſſ. Corn.cõ. 219.in fi.lib.1.vbi ſi quis non cõfiteatur peccata ſua,& miſsã nõ audiat an dicatur inſanus.

158 Hic aduertendum eſt,quod furorem affirmatiuam eſſe dixit Paris.conſ.colum.penult. libr.5.ex quo inferebat magis credi deponen-

tibus ſuper furore, quam ſuper ſana mente; ſed vtrumque falſum eſt, quippe cum furor implicitam habeat Negatiuam non ſanæ mentis iuxta not. per Bar. in. l. de ætate col. pen. ff. de minoribus. item veriſimiliora deponant atteſtantes de ſana mente, quàm de inſania & ita contra Paris. ſcribit Corneus conſilio. 91. colum. penul. & fin. lib. quarto Socyn. conſi. 42. colum. prima. lib. i. & idem Paris. mutauit ſententiam conſ. 88. col. 3. libr. 3. Illud etiam ommittendum non eſt, quòd vt furor probetur neceſſe eſt eos actus probare ex quibus concludenter furor & non ſana mens probetur vt ex ſcriptis per Decium in. d. conſi. 448. notare licet, vbi multos modos à quibuſdam receptos non probare affirmauit.

159 Tertius modus eſt in probando innocentiam ſiue Negatiuam quòd inquiſitus non deliquit, hoc fiet per exculpationem offenſi; hæc enim operantur vt nullis extantibus inditiis non delictum penitus probetur: extantibus verò quibuſcunque inditiis ſufficientibus ad torturam operatur, vt inquiſitus torqueri non poſſit vt per Bald. in. l. i. col. fin. C. comm. de leg. Bald. in. l. pen. C. de tranſact. & in. l. falſus. 3. oppoſ. C. de furt. Rom. conſ. 406 Iaſ. in. l. de die col. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Felyn. in c. ſignificaſti. ex. de homici. & in. c. i. ex. de præſumpt. Alexan. conſi. i. col. 5. lib. tertio Bartol.

in.l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriẽs.ff.ad Sen. con.Sillan.Hippol.Marſ.ſing.22. & in pract. crim.in verbo diligenter nu.20.Alex.conſi.14 in prin.lib.3.conſ. 124.ad fin.libr.6.conſi.30. col.fin.li.7.Alex.conſi.24.col.4.lib.2. Ang.in tract.de maleſ.in ver. Thema. Gerar. not.55. hæc maxime procedunt conſtituto exculpan te in periculo mortis vt per Bald.in.d.l.i.col. fin.C.cõm.de leg.tunc enim non præſumitur ſuæ ſalutis immemor vt per not.per Crauett. conſi.28.col.4.lib.i.Etſi in præiudicium tertii nihilo magis morienti credatur, etiam ad torturam vt per Bald.in titu.de pac.conſtant. in verbo vaſallo.i.Ange.in.l.ſi quis.C.de calum.Barto.in.d.§.ſi quis moriens.vbi Ioann. Ign.Felyn.in.c.literas col.pen.ex.de præſum pt.& in.c.ſi cautio verſ.tertia declaratio. ex.de fid.inſtrum.Alex. conſi.14.col.i.lib.3.Marſ.in pract.criminali in verbo diligenter nu.118.in rub.de probat.fol.18.Bert.cõſ.137.lib.2.Marſ. conſ.516.teneas itaque in dicente ſiue exculpante,ſe non prohibitum ab aliquo facere teſtamentum Paris. conſi. 67. colum. fin.libro tertio.

160 Sed iſte modus procedit vt loquitur, hoc eſt,vel non ſtantibus inditiis,vel ſtãtibus, ſed non ita vt plene probetur delictum, namque ſi plene probetur delictum , tunc exculpatio partis contra fiſcum non probat non delictũ;

pars enim remittendo iniuriam ſuã fiſco præ iudicare non poteſt, vt per Bar.in.l.i.§.vſque adeo.ff.de iniuriis & ita ſcribit Bald.in.d.l. tranſigere col.penul.& in.d.l.falſus.Alexand. d.conſi.i.colum.5.& d.conſili.14.& plerique ex Doct.ſupra alleg.itaq; prædicta limitabis.

161 Hanc limita.ſublimit.vt procedat in vera probatione non in ficta,præſumpta, aut priuilegiata,vt in ſtatuto,quòd de delicto in villa commiſſo credatur notario referenti, tunc enim ſtãte exculpatione accuſatoris, notario non creditur,& niſi aliud appareat non delictum probatur, vt poſt Iac. Butrig.Bald.in.l. i.C.de re iud.Bald.in.l.i.C.ſi aduerſ.lib.Ang. & imol.ĩ.l.qui bona.§.qui damn.ff.de dam. infec.& in.l.pen.C.de excuſat.tuto.& in.c.i.ſi de inueſtit.lis oriat.inter dom.& vaſall. Alex. ſcribit conſi.91.col.2.lib.6.Hæc eadem trahẽda putò ad pacem,remiſſionem,tranſactionẽ pactum, renuntiationẽ & abolitionem in iis caſibus, in quibus interuenire poſſunt iuxta not.per mod.in.l.tranſigere.C.de tranſac. plane ſunt & alii modi,de quibus ſuo quoque loco infra,ex quibus innocentia, & non delictũ probetur.

162 Quartus modus probandi negatiuam eſt per illas perſonas, per quas actum affirmatiuum fieri oportebat & non eſt factum vel ſciri debebat, & non eſt ſcitum vt not. Bar.in.l.

non aliter vbi eſt text.ad hoc.C.de aduoc.diuerſ.iud.& de actu non facto in collegio probari poſſe per homines de collegio not. per Abb.Felyn.& ſcribentes in.c.tertio loco ex. de probat.& de legato non facto in teſtamento probari poſſe per teſtes in teſtamento adhibitos dicentes ſe præſentibus, & audientibus de eo mentionem factam non eſſe Bar.& Bal. in.l.fin.C.de reb.credit.quos ſequitur Paul. Caſtrens.conſi.2.chriſti nomine &c.quem refert in.d.l.fin.Alex.ad Bart.& inſtrumentum reprobari poſſe per teſtes in eo adhibitos ponit Bart.& Bald.in.l.in exercendis.C.de fid. inſtrumen.Alex.conſi.37.in prin.libr.2.conſi. 43.col.2.libr.4.etiam ſi negent ſe inſtrumento interfuiſſe,etiam remanēte aliàs legitimo numero teſtium,de quo tamen videndum eſt per Felyn.in.c.cum Ioannes.nu.42.& ſequē. ex.de fid.inſtrum.Id,quod diximus de collegio,ampliatur,vt procedat non ſolum quando teſtes dicunt non eſſe factum in collegio, ſed & quando dicunt quoties de ea re ſermo habitus eſt toties negatū fuit fieri,vt per Dec. in.d.c.tertio loco mihi nu.6.& per Alexand. conſi.37.in princ.lib.ſecundo. Secundo ampl. vt procedat etiam ſi multum perfecte ſe non coarctarent vt per Felyn. in.d.c.tertio loco colum.3.limi.tamen hæc vt procedant ita demum ſi teſtes ſint de collegio, namque ſi ex-

tranei eſſent ſi intereſſe non debuiſſent aut à communiter contingentibus ab eis facta in collegio non ſcirentur non probarent, vt per Felyn.in dict.capitul.tertio loco colum. tertia. Secundo limit. vt procedat ſi de cauſa extranei agatur ſiue vt collegium homines deponant, ſiue vt particulares, quòd ſi de cauſa collegii, ita demum ſi vt particulares iuxt. not in.l.in tantum ff.de re. diuis.& per Iaſo. in.l.quarta. ad fin.C.de iudic. & per Felyn. & alios dict.cap.tertio loco. Tertio limita. vt procedant ita demum ſi maior pars hominum collegii hoc diceret; quia quòd maior pars &c. & ſine tribus quatuor, quinque & deinceps collegium nihilominus fieri potuiſſet. Hoc ſublimit.niſi iſti tres, quattuorue dicerent collegium ſine ſe fieri non potuiſſe, idque verum eſſet, itaque intelligo not. per Felyn.poſt Aret.in dict.capit.tertio loco numer.13.& not.per Imol. in.l.cum proponeretur de legat.2. Vltimo circa hoc aduertendum eſt, quia hoc genus reprobationis eſt præſumptiuum, ex quo in criminalibus per præſumptiones nemo damnari poteſt, & in crimine falſi nouiſſime ſecun.veriorem opinio.ſcribit Socy.iun.conſi.45.lib.3.ex quo notarium cuius inſtrumentum ita fuerit reprobatũ de falſo damnari non poſſe puto. Quod ſi verum eſt notabile mihi videtur.

163 Id vero quod diximus per teſtes dicentes nó interfuiſſe inſtrumento improbari inſtrumentum limit. vt procedat ita demum ſi iſti duo teſtes darent ſe pro conteſtibus hoc modo quòd non interfuerunt tali inſtrumento tali loco, tali die, quia fuerunt ſemper in alio loco cum alio teſte eodem die: aliàs dicuntur ſingulares vt poſt alios quos alleg. ſcribit Alexan. conſi.43. num.29.lib.4. item requiritur quod probatur de identitate perſonarum nó ſufficiente eodem nomine ſec.ea, quæ infra allegabimus.

164 Vltimo hæc omnia vera ſunt ſi omnes de collegio, teſtes, aut alii vt ſupra interuenturi concordent, ſecus ſi diſcordent tunc enim recurrendum eſt ad not. per Bart. in.l.i.§ ſi quis neget.ff. quemadmo. teſtam. aper. in.l. in exercendis.C. de teſtibus & Felyn. in.c. cum Ioannes ex. de fid. inſtrumen. & per Crauett. conſ. 56. lib. primo parum attēto eo, quod dicimus magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quàm negantibus. in Negatiua coarctata, ſec.ea, quæ diximus in alia parte huius operis.

165 Quintus modus probandi negatiuam eſt per defectum qualitatum requiſitarum in affirmatiua; itaque aliquem non eſſe mercatorem probamus ex eo, quòd non ſuo, ſed alieno nomine negotiatur vt per Dec. conſi.258. col.i.

lib.i.Crauet.conſ.100.in princ.item ex eo, quod ſemel tantum fuerit negotiatus Bar.in.l.legatis de leg.3.item prædia non eſſe ſubiecta col lectis ex eo,quod in libro bonorum collectādorum non inueniantur Crauett. conſi, 111 col.i.lib.i.item locum tutum acceſſum nō habere,quia peſtilens ſit Paris conſi.28.colum.i. lib. 4.itaque probari quem non potuiſſe proſequi appellationem probando de loco non tuto Paris. conſi. 102.libr.4.item teſtem non idoneum quia cohabitat Paris.conſi.59.col.2. lib.4.item citationem factam per edictum nō valere,quia hæc in duobus locis facta non fuerint, & alia requiſita fuerint ommiſſa Paris. conſi.31.col.3.libr.4.item ex inquiſitione inquiſitum damnari non poſſe,quia in ea ōmiſſum fuerit quod doloſe deliquerit Felyn.c.i. col.7.ex.de offic.deleg.Marſ. in pract. crimi. in verbo conſtante nu.63.Paris.conſi.152.col. prima lib.4.itaque ex defectu inditiorum quē non torquendum Paris.conſi.153.col.i.li.Bru. in tract.de indit.col.32 item conſciſcentis ſibi mortem bona non eſſe publicanda,quia deeſt requiſitum,quòd is fuerit accuſatus Cornel. conſ.155.lib.2.Paris.conſ.155.lib.4.item ex eo, quòd totum tempus lapſum non fuerit niſi in modico,vt.17.dierum tempore loquamur præſcriptionem non eſſe Paris.conſi. 32.col.i. libr.2.item ex eo, quod ſtuprata uirgo non

I

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſſet, ſtuprantem dotare ſtupratam non teneri Paris. conſi.160.col.2.libr.4.item equitem Hieroſolimitanum clericumque vel primæ tonſuræ ad feudum non admitti, quia domino ſeruire non poſſit Crauet.cõſi.203.per tot. lib.2.& quem opem auxiliumue non præſtitiſſe, quòd inermis eſſet Crauett. conſi.309.col. 2.lib.2.item ſententiam nullam ex eo, quòd ſine cauſæ cognitione Paris.cõſi.42.col.5.lib. primo item non eſſe faciendam remiſſionem propter ſterilitatem, quia amiſſio non ſit vltra dimidiam; ſit in reductione ad arbitrium boni Paris.conſi.38.in fin.lib.2.item aſſiſtentem armatum damnari non poſſe, quòd non fuerit inquiſitus, quòd doloſe aſſiſteret Paris. conſ.104.col.2.lib.4.item factum poſt inhibitionem nullum non eſſe; quia inhibitio nulla erit Paris.conſi.172.col.2.lib.4.item remiſſionem nõ eſſe faciendam ex eo, ꝙ conductor non adimpleuerit omnia pro parte ſua Alexã. conſi.3.col.i.&.2.lib.i.itaque non bonamfidẽ ex eo, quod titulus deſit Pariſ.conſ.104.num. 129.lib.i.& ex eo, quòd quis ſit pauper non emiſſe de pecuniis ſuis probari Crauetta cõſ. 191.col.fin.lib.primo,& ita in probando non eccleſiam, ſed oratorium quod deſit campanile Abbas in.c.fin.ex.de cenſibus.

166 Sextus modus eſt probãdi negatiuam, hoc eſt ꝙ fiat per probationem earum qualitatũ,

quæ magis cõueniunt negatiuæ,quã affirma, tiuæ, vt aliquem non habuiſſe animum occi-dendi probatur ex eo, quòd pugno, baculo, aliquóue leui ligno percuſſit vt per ſcribentes in.l.i.§.Diuus.ff.de ſicariis Bald.in.l.ſed ſi §.ſi magiſter.ff.ad leg.aq.Caſtrens. conſi.277. col.3.lib.2.item ſi quis impræmeditatus caſu fortuito in rixa ſuperuenerit ex animo non deliquiſſe probabitur Craue.conſ.309.in fin. lib.2.& in caſtigante famulum funiculo,quod non habeat animum vulnerandi,Alex.conſi. 75.lib.3.& ex qualitate temporis Alexan.conſ. 136.col.3.lib.2.& ex habitu,quam non viduã, Alex.conſi.151.col.penul.libr.5.& ex eo, quòd ignis extrinſecus originem habuerit ædes cõ ductoris culpa non eſſe incenſas Bal.in.l.ſi cre. ditor.C.de pignorat.act.Alex.conſ.74.lib.6. & ita in probando, quòd aliquis nõ interfuit rixæ cauſa ferendi auxilium,in quo plus cre ditur teſtibus negantibus, quã affirmantibus ſcribit Paris conſi.152.col.5.lib.4.& in proban, do quòd aliquis non potuit teſtari, quia pro-hibitus fuit exclamoribus,ex ſuggeſtione,ex blandis verbis,ex non admiſſione teſtium,ex metu reuerentiali mariti Decis.Neap.69.Paris.conſ.67 per tot.lib.3.

167. Septimus modus probandi negatiuam eſt per productionem ſcripturæ,exemplũ in not. per Bart.in.l.fin.C.de reb.credit.legatum nõ

eſſe factum probari per productionem teſtamenti,in quo de legato mentio nõ fiat idem poſuit Bart.in.d.l.ticia.textores numer.2.vbi Alexan.& Iaſ.ff.de leg.i.Alex.conſi.55.nu.24. libr.4.& in.d.l.in illa. colum. fin.de verbor. oblig.Baldus.in.l.i.C.de exact.tribut.Rip.in. d.c.cum eccleſia nu.83.Thom.gramm.Decis. 59.nu.16.Dec. conſi. 561. nu.8. conſi.496.col. 2.Dec.conſi.483.in princ.conſi. 424.col.fin. Paris.conſi.136.col.fin.libr.4.Crauetta conſi. 138.num.5.lib.i.& probat.l.quicunque.C. de apoch.publi. lib.x.&.l.matricula.C.de agen. in reb.lib.xii.& ex libro ſuo,in quo quis geſſerit nomine alieno probari, quòd non ſuo Bal.in.l.i.col.fin.C.de edend.vbi Alex.& poſteriores Alex.conſi.53.col.pen.lib.2.conſi.176 in prin.lib.eo.Corn.conſ.81.col.pen.lib.4.Decius conſi.510.in prin.& in.d.l.i.C.de edend. & hæc probatio eſt talis,vt dicatur fieri in cõtinenti adeo quidem vt remedium legis ſi.C. de edict.D.Adrian.coll.ex hoc modo probanti nulla tenus ſit retardanda , vt per Decium conſ.216.col.i.conſi.424.colũ.fin. conſi.467. col.pen.

169 Ex hoc modo infert Barto.in.d.l.fin.C.de reb.credit.quem non eſſe ſcholarem probari ex matriculæ inſpectione,ſequitur Paris. cõſ. 159.in fin.lib.4.Sed hoc falſum eſt, quia matricula non facit ſcholarem vt not.per Dec.in.

l.pen.C.de teſtamen.mili.& facit ratiõ.l.nam hoc.C.vnd.legit.Plane illud verum eſt, quòd deſcriptus in matricula ſcholariũ eſt in quaſi poſſeſſione quòd ſi ſcholaris & ita declarat Dec.in.d.l.pen.& Alciat.3.reg præsb.16.

170 Illud negandum non eſt, quòd vbicunque de ſubſtantia ſcholaris, vel alterius, ex conſue tudine, vel ſtatutis (quæ probanda ſunt) eſſet, quòd matricularetur certe non ante quis eſſet ſcholaris, quàm in numeros referretur, vt in ſimili de milite inquit.l.c.in.l.antepen. ff.de teſtam.milit.

171 Secundo Bart.infert in.d.l.fin.quòd ex inſpectione libri, in quo collectæ notabantur, probatur quem non ſoluiſſe collectas ſequitur Bald.in.l.non iuſtum.C.de eden.Grám. Dec.59.nu.16.vbi quædam alleg.Crauet.cõſi. 38.col.i.lib.i.conſi.313.dum tract.de.l.quicunque.C.de apoch.lib.x.Hoc maximè procedet ſi per longum tempus hoc fuiſſet obſeruatũ arg.not.per Dec.conſi.286.col.i.lib.2. Planè hæc procedere putarem ſi hæ ſolutiones neceſſariò eſſent deſcribendæ in tali libro, idem ſi à cõmuniter accidentibus id fieri cõſueuit; argum.n.à cõmuniter accidentibus validum eſt gloſ.fin.vbi Bald.l.i.C.de iu.dot.Bal.in.c.ſi vaſallus.i.ſi de feud.fue.cõtr.int.dom.& agn. Abb.cap.i.3.not.ex.de cleri.reſid. & in.l.i.per Doct.ff.ſi cert.pet. Aliàs.n.cum non probet

hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, putarem hoc dictum Bart. non procedere, itaque ſentit Alex. conſ. 219. col. pen. lib. 6.

172 Tertio Bart. infert in. l. errores. C. de erro. aduoc. quòd negatiua non dixi poſita in libello hoc eſt me eſſe condemnatum in. x. probatur per productionem ſententiæ, in qua in minus libellus ſit condemnatus hoc mihi non placet; quia non probatur ex hoc eum non ita dixiſſe, ſed non in. x. cōdemnatum & aliàs dicere ſolemus quòd libellus probat contra libellantem vt per Bald. in. l. cum precum. C. de lib. cauſ. Dec. conſi. 36. col. i. conſi. 423. col. 2 conſi. 682. col. i. & de inſtrumento in genere dicere ſolemus, quòd in dubio præſumitur verum, & non fictum, & quòd eſt probatio probata & veritas apparens. Socyn. iun. conſi. 189. nu. 14. conſi. 178. nu. 2. lib. 2. & de inſtrumento publico dici poteſt noli me tangere Bald. conſi. 249. in fin. lib. i. & Crauetta ſcribit conſi. 317. col. i. lib. 2.

173 Circa hæc aduertendum puto; quia ex inſpectione protocolli non probari notarium non eſſe rogatum de aliquo inſtrumento cōſ. Crauetta conſi 112. nu. 7. lib. i. & facit ratio. l. nam hoc etc. & id quod ſupradiximus.

174 Secundo aduertendum eſt, quod licet per productionem ſcripturæ probetur negatiua; tamen intelligitur eatenus, quatenus in ſcri-

ptura non reperitur; namque quin aliter ſine alibi factum ſit probari nihil impedit. iuxt. l. fin. C. de fideicom. & §. fin. inſtit. eo. titu. & ita ſcribit Dec. conſi. 105. lib. 1. & paris. conſi. 13. in prin. lib. 3. faciunt not. per Bar. per. l. cum pro ponebatur de leg. 2. in. l. 2. col. pen. ff. de vulg. & pupill. & ita in negatiua non eſſe factum conſenſu capituli Alex. ſcribit conſi. 219. col. 5. lib. 6.

175 Octauus modus probandi Negatiuam eſt in probãdo falſitatem cauſæ ex qua vera alias induceretur affirmatiua; vt non debitũ ſolutum probatur ex eo, quòd probetur falſa cauſa ex qua ſolutum fuerit, itaque ſcribit Bart. in. l. cum de indebito. ff. de probatio. ſequitur Alex. conſ. 83. in princ. lib. 1. & in ſimili, quòd confeſſio non ſit vera, probatur falſitate cauſę oſtenſa, ex qua cõfeſsio fuerit interpoſitã Ale. conſi. 3. in prin. lib. 2. item probando defectũ, & falſitatem cauſæ, ex qua decretum fuerit nullum probabimus Alexand. conſi. 69. col. prim. lib. 3. & conſi. 147. in prin. libr. 7. & furtum non eſſe cõmiſſum ex eo, quod animo lucrandi factum non fuerit Alex. conſi. 127. col. 2. libr. 4. item exemplum falſum ex eo, quòd originali non conueniat Alex. conſ. 105. col. 1. libr. 2.

176 Nonus modus probãdi negatiuam eſt per inſpectionem actorum, id. n. omne, quod in

actis ſcriptum non reponitur præſumitur nõ actum.l.fin.C.de iu.& fact.ign.quam. alleg. Bald.in.l.ſi contra.C.de appel.Alex.conſi.123 col.3.lib.i.conſi.39.col.fin.conſi.55.col.2.lib.5. Butrig.poſt gloſ.in.l.2.C.de err.aduoca. Bal. in.c.cum ad noſtram.ex.de reſtit.ſpol.ſcriben tes in.c.quoniam contra ex.de probat.& in.l. ticia.textores.ff.de lega.i.& in probando ſen tentiam iniquam & relationem de villa non loqui Alexã.conſi.95.in prin.lib.6.& in probando non mandato Alex.conſi.95. in princ. lib.4.& in dicente cauſam eſſe deſertam,& nõ proſecutũ appellationem ex actorũ reprodu ctione Bal.ſcribit in.l.ſi cõtra.C.de appe.quic quid alias ſenſerit Paris. cõſ.115.lib.i.& in pro bãdo ſentẽtiã nõ æquã ex actorũ inſpectione Inn.c.ex inſinuatione ex.de appe.i.c.per tuas ex.de teſtib.& in.c.cum olim ex.de verb.ſign. Alexan. conſi.106.col.fin.libr.3.conſi. 77. nu. octauo lib.2.& libell, citationes, poſitiones, non eſſe factas per inſpectionem actorũ probari Dec.conſi.483.libr.4.& litem non conteſtatam ex hac inſpectione etiam apparente generali negatione petitorum, & petitione declarationis Decius conſi.303. col.i.lib.2.faciunt not.per Abb.& Felyn.in.c.i.& inter cæteras ex.de fid.inſtrum.& hanc probationem fieri incontinenti ſentit Alex.conſi.33.col.fin. lib.i.faciunt ad hæc quæ not.idem Alex.con.

33.col.fin.lib.1.faciunt ad hæc quæ not.idem Alex.conſi.2.col.i.&.2.lib.3.

177 Iſte modus ampl.vt procedat etiam ſi ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam ex curſu fatalium, vel decendii ad appellandum impertiti; namque ex actorum reproductione ſemper de non actis, & de non iuſtitia ex eis probari poteſt.C.in noſtra ex.de probat. Ioann. Andr.an ſpec. in titul.de ſenten.§.vt autem verſ.& not.& proſequitur Felyn.in.d.c.quoniam contra nu.55.vbi alleg.c.i.ex.de lit. conteſtat.& ſcribit Alex.d.conſi.33.per tot.lib.i.& ſi contrarium tenuiſſe videatur conſi.136.col. 4.lib.2.& conſi.25.lib.6.

178 Secundo ampl. vt procedat etiam ſi in ſententia diceretur viſo libello viſa litis conteſtatione &c.;namque nec per hæc verba impeditur hæc practica vt per Felyn. d.c.quoniam contra. nu.57.& eſſe magis comm.opin. dicit Alexan. conſi.42.col.2.lib.4.etiam ſi notarius iuſſu iudicis ſententiam ſcribat vt per prædictos à quo non recedit id,quod dicimus non ſufficere in libello inquiſitionis ſcribi fama præcedente,& legitimis inditiis: his enim verbis non creditur vt per Sign. Homod. conſi. 156.col.pen.Fulgos.conſi.107.col.2. Alexand. conſ.34.col.i.lib.6.conſ.180.col.fi.lib.2.conſ. 138.nu.12.lib.6.conſ.120.col.i.lib.7.Dec.conſ. 256, ad fin.libr.2. conſi. 175. colum.ſecunda.

Marſi.ſing.14.cum ſimil.& id,quod de feqne ſtratione parte citata,.& cognito de fuga, & ſuſpicione licet hæc afferantur ſcribit Decius conſi.366.in fin.lib.3.ex quo male conſuluiſſe Crauettam dicere poſſumus, qui in conſil. 108.contrarium ſcripſit niſi diſtinguentes dicamus aut aſſeruntur ea, quæ ſunt de ſubſtantia actus & ita aſſerenti non credatur,aut ea, quæ non ſunt de ſubſtantia, & credatur ſaltẽ quo ad transferendum onus probandi in aduerſarium,itaque procedant ſcripta per Crauettam ſec.id quòd infra dicemus.

179 Iſte modus ita ampliatus limit.vt procedat quoad ea quæ cõcernũt proceſſum;nõ quoad ea,quæ reſpiciunt iuſtitiam,vt ſi iudex aſſerat ſe dilationes dediſſe,aut eo non aſſerente ſententia trãſiuerit in rem iudicatam; tunc enim hæc præceſsiſſe præſumuntur Bart.in.l.prolatam.C.de ſentent.quem refert,& ſequitur Felyn.in.d.c.quoniam contra nu.56.vbi pluribus inſtat & late ſcribit & declarat Crauetta conſi.266.col.5.lib.2.

180 Secundo iſte modus ita ampli. declaratur vt procedat in ſubſtantialibus,ſecus in nõ ſubſtantialibus; quia interueniente tranſitu in rem iudicatam, vel iudicis aſſertione omnia præſumuntur præceſſiſſe Ant.But.in.c.cum ad ſedem ad fin.ex.de reſtit. ſpoliat.Fely.d.c. quoniam contra nu.55.& ſupra tetigimus.

181 Tertio limit. vbi aliquid actum non eſſet, item acta reproducerentur, cæterum ſi nõ reproduceretur etiam ſi non actum allegaretur omnia ex tranſitu in rem iudicatam, item ex iudicis aſſertione præſumuntur ſolemniter acta iux.not.in.l.ſciendum.ff.de verb.obliga. & ad hoc multa congerit Felyn.d.c.quoniam contra nu 54.

182 Quarto limit.ſi princeps ex eo, quod ad aures ſuas diffamationem de delicto, vel delictũ perueniſſe in commiſſione affirmaret; tunc.n. ei creditur vt per gloſ.& doct.in.c.fin. ex.de accuſat.Angel.in tract.malefic.in verbo fama col.2.Cepol.conſi.ciu.17.in fin.Corſet.in repert. in verbo inquiſitio Alexand.conſi.180. col.fin.lib.2.conſ.138.nu.12.lib.6.cõ.120.col. prima.libr.7.conſi.34. col.i.lib.6.Dec.conſi. 175.col.2.cõſi.256.colũm.fin.faciunt not.per clem.i.de probat.

183 Quinto limit.vbi aliquid eſſe factum aſſereretur in decreto; tunc enim aſſerta in decreto licet in actis non reperiantur præceſsiſſe præſumuntur; ſecus ſi non aſſererentur in decreto, niſi inſtrumentum fuiſſet antiquum vt late declarat Felyn.in.d.c.quoniam contra nu. 65.& ſequen.& Felyn.poſt Angelum in.l.imperatores.ff.de priuileg.cred.in.d.c.quoniam contra nu.51.

184 Sexto limit.vt non procedat vbi Notarius

in actis aſſertis in ſententia diceret ſe interfuiſſe, vel in eadem ſententia, vel verbis id teſtaretur; tunc enim creditur notario ita atteſtanti quaſi de his, quæ pertineant ad officiũ ſuum vt per Felyn.in.dict.cap.quoniam numer.58. Hoc tamen dubitabile mihi videtur; quia notarius non eſt niſi vnus, item notarius non facit fidem niſi de iis de quibus fuerit rogatus Alex.con.42. colum. ſecunda libr.quarto cum ſimilib.vide tamen quæ dicam infra.

185 Septimo limita.in nuncio referente ſe citaſſe de commiſsione iudicis Anton.Butr.in. cap.primo ext.de iud.& ſcribitur per Docto. in.c.cum parati.ext.de appellat.& per Alexã. conſi.123.col.2.lib.2.

186 Octauo limit.vbi ſententia eſſet lata præſentibus partibus, & non contradicentibus, & in ſententia aliquid aſſereretur: tunc enim partes tacentes ita eſſe cõſentire videntur Bar. in.l.prima vbi ſequ.C.de relat.Bald.in.l.prima verſi.extra.q.C.ne lic.tert. prouoc.Alexa. conſi.136.colum.quarta.libr.2.Dec.conſi. 42. numer.16.Lapus alleg.44.Bald.in.l.ex his.C. de teſtamen.Crauetta conſi.i.col. fin.libr.pri. Felyn.d.c.quoniam numer.59. faciunt not. per Tiraq.§.9.gloſ.2.numer.18.& ſequen.licet ſi partes præſentes contradicant ſecus ſit vt declarat Crauetta conſi. 266.colum. quar-

ta.lib.ſecundo.

187 Nono limita.vt non procedat in ſententia legati de latere, in qua acta præceſsiſſe aſſererentur, tunc enim licet acta non reperiantur in proceſſu tamen præſumuntur.Imola in .c. dilectus in verb.reſponſionem. ex. de accuſ. Bald.in.l.qui per calumniam col.fin.verſi.deinde q.C.de epiſ.& cleric.Rom.in.l.ſciẽdum de verb.oblig.Felyn.d.c.quoniam contra nume.60.In contrarium tamen facit, quia legatus de latere ligatur obſeruantia iuris communis vt & alius iudex,vt not.in.c.fin.de hæret. in.6.& in clem.ſæpe.de verbo.ſignifi.& ſcribit Alexan.conſi.17.nume.14.lib.4. conſi.34. col.prima libr.6.& illius dicto non magis creditur, quàm alterius iudicis. C.cum nobis. ex.de teſtibus gloſ.in verbo ſeruaſſe in clem. i.de probat. Alexand.vbi ſupra,item legatus de latere ius cõmune tollere non poteſt Ioan. Andr. in.c.fin. ext.de offic.Archid.& ad ſpec. in rubr.de elect.Imol.in.l.ex duobus.§.fin.ff. de vulg.Bald.conſi.430.lib.4.Alexand.& Iaſ. in.l.nemo poteſt de leg.primo.Cur.Sen.con. 59.col.2.Alex.conſi.17.col.fin.lib.4.conſi.34. col.2.libr.6.conſi.90. lib.7.Panormit.conſi.i. lib.2.Felyn.in.c.i.de reſcrip.Alex. conſi.106. col.3.lib.2.Aym.conſi.3.col.i.& ex his rationibus ita in ſpecie conſi.Alexand.conſi.34.col. prima.libr.6.

188 Decimo limit. vt non procedat in ſententia antiqua, qua ſtante licet actus in proceſſu non inueniatur, tamen præceſſiſſe præſumitur ex temporis diuturnitate arg. not. per. l. ſi filius. C. de pet. hæredit. Dec. conſi. 42. nu. 16. conſi. 564. nu. 13 Boer. Dec. 281. col. 12. Crauettã con. 317. col. 3. Alexã. conſi. 79. col. 2. libr. i. Felyn. c. ſicut col. 16. ex. de re iudic. cum ſimil. & ita in ſententia conſi. Anch. conſi. 40. & conſil. 136. Aret. conſi. 36. col. fin. Maria. Socyn. antiquus conſi. 15. viſis col pen. Alex. conſi. 79. col. 3. lib. primo conſi. 45. ad fin. lib. 3. quos refert & ſequitur Dec. conſi. 558. col. i. lib. 4. quòd eſſe verum quidam aſſeruerunt etiam ſi de huiuſmodi actis in ſententia, inſtrumentóue mentio non fieret vt per Felyn. d. c. ſicut col. 19. Socy. d. conſi. Dec. conſi. 409. col. 2. cum allega. per Socyn. iun. conſ. 56. nu. 4. libr. 2. & ſi in contrarium faciant not. per eundem Felyn. in. d. c. quoniam nu. 65. vbi ex decreto actus præſumi ita demum ſi de eis in decreto actus præſumi ita demum ſi de eis in decreto mentio fieret & diximus ſupra n. In hoc tamen aduertendum eſt, quòd vbi in inſtrumento de actis mentio non fiat vel enuntiatiue ex temporis diuturnitate actus præceſſiſſe, non præſumi præſertim vbi agitur de damno alterius plerique tenuerunt vt Paul. Caſtrenſ. conſi. 50. in cauſa, quæ vertitur colum. 3. Alexan.

conſi.i.col.pen.lib.4.idem conſi.12.ad fin.cõ. 17.col.2.conſi.113.lib.eo.conſ.218.& in.l.ſcien dum col.4.vbi Iaſ.ff.de verb.oblig.Socy.con. 254.col.2.Cur.ſen.conſ.76. Iaſ.in.l.i.col.5.C. qui admitt.conſi.148.col.fin.lib. 4.Dec.Neapolita.107.col.3.Dec.in.c.i.in.1.lect. col.3.ext. de iudic.& conſi.564.col.4.& in mandato nõ præſumendo alibi tetigimus, & ita quòd ex temporis antiquitate vbi ſaltem enuntiatiuę de actu mentio facta non fuerit,actus nõ pre ſumatur eſſe magis cõm.opin.teſtatur Socyn. iun.conſi.56.col.pen.lib.2.Planè retenta præcedenti opin.idem dicẽdum eſt ſi de actis eſſet publica vox & fama; quia in antiquis publica vox,& fama,& inſtrumenta æquiparantur vt per Dec.conſi.428.col.fin.lib.3.

189 Secundo hanc limita. quidam ampliarunt vt ex temporis antiquitate etiam ſolemnitas extrinſeca præſumatur interceſsiſſe vt per Ange.in.l.ſciendum vbi Alexand.col.5.dicit eſſe cõm.opin.ff.de verb.oblig. idem ponit conſi. 79.col.3.lib.i.Dec.conſi.36.col.3.lib.i.& cõſ. 486.col.fin.lib.3.Felyn.in.c.Albericus ex. de teſtibus & in.c.ſicut col.19.ex.de re iud.Dec. conſ. 409.col.i.vbi de comm. atteſtatur Dec. conſi.42.nu.16.

190 Hanc ampl. ſubdeclarari poſſe crederem ex ſcriptis per Crauettam conſi.266.col.fin.lib. 2.hoc eſt ſi ſolemnitatem extrinſecam coram

iudice interuenire oportebat,alias ſi extra iudicium poterat ſolemnitas illa interuenire nõ aliter præſumitur vt in mãdato exemplificat de quo tetigimus ſupra,etſi in antiquitate cẽtum annorum in contrarium faciant ſcripta per eundem conſi.317.col.2.lib.2.

191 Tertio hanc limit.9.princ. quidam ampli. etiam in antiquitate. 30. ann. vt per Anchar. d.conſi.136.Marian. Socyn.d.conſi.15. Barto. Socyn.in reg.ſolemnitas vbi alios allegat. In contrarium tamen,quòd requiratur tempus centum annorum,vt dicatur antiquum Alex. conſi.6.in fin.lib.i.Iaſ.conſi.81.col.2.Alexan. Iaſ.Iac.de ſancto Georgio in.l.cum aliquis. C.de iu.delib.& eſſe cõm.opi.teſtatur Socy. iun.d.conſi.56.nu.18.Alex. cõſi.207.col.pen. lib.2.conſi.74.col.pen.lib.4.& eſſe cõm.opi. etiam ſi verba enunciatiua interueniſſent dicit Dec.conſi.13.nu.8.lib.1.

192 Equidem circa hanc difficilem materiam quanto tempore actus aut ſolemnitas requiratur ex omnium mente ſic diſtinguerem regulis attentis, aut eſt ſolemnitas intrinſeca,& tunc eo ipſo, quòd datur actus,datur hæc ſolemnitas.l.ſciendum vbi omnes,cum ſimil.ff. de verb. obligat. aut eſt ſolemnitas ſiue actus extrinſecus,& tunc quærimus de ſpatio minori centum annorum & non præſumitur regulariter Dec.d.conſil.13.nu.8.Aut de tempore centum

centum annorum, & tunc aut agitur de magno præiudicio,& tunc aut ſolẽnitas,actúsue agendus erat corã iudice & præſumitur Crauetta conſi.266.col.fin.libr.2.& ſupra tetigimus, aut non corã iudice & nunquã præſumitur, aut agitur de modico præiudicio, &. tũc interuenientibus verbis enuntiatiuis tempore centum annorum & ſcientia aducrſarii damnum patientis,& præſumitur ſolemnitas interueniſſe aliàs non Socyn.iun.d.conſi.56.col. pen.& fin.lib.2. Per hæc non intelligo eſſe derogatum vbicunque ex coniecturis à iure approbatis aliter apparet vt de mandato diximus ſupra n. Item diſpoſitioni & priuilegio. l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de itin.act.q.priuat.item limitationibus circa regulam extrinſicæ ſolemnitatis, quæ à Iaſ.ponuntur in.d.l. ſciendum preterquam quod ad tempus attinet.

193 Poſtremo circa hunc principalem modum probandi negatiuam aduertendum puto circa duo. Alterum eſt quòd vbicunque per acta probatur negatiua contra ipſos agentes,ibi ex eiſdem actis & contra tertios hoc fiet ſaltem præſumptiue, & ita in ſententia ſcribit Dec. conſi.272.col.1.lib.2. Alterum verò eſt, quòd &ſi per actorum productionem probetur negatiua quid non actum, tamen contra per teſtes probari poteſt eſſe actum. Hoſtiens. Ant.

Butr. Abb. in.d.c.quoniam vt ibi per Felyn. col.fin.contra tamen ſentit Bar.in.l.ne in arbitris.C.de arbit. Mihi placet diſtinctio Fely. in.d.c.quoniam nu.86.hoc eſt aut acta requirunt ſcripturam, aut non requirunt, & tunc per teſtes probari poterunt.

194 Decimus modus probãdi negatiuã eſt probando illos actus,ex quibus poſitis tacite reſultat negatiua vt ſi probare velim te non vidiſſe Ticium occidi probabo, quod tunc temporis erat nox, ibi lumen non erat, & tu eras à longinquo; nox enim eſt tenebræ ſuper terram ex quo non videtur ſec. Ang. & Bal. in.l. ſi cum exceptione.§.in hac.ff.quod met. ca. Bald. in.cap.i.§.porro.quæ fuit prim. ca.inueſtit.Bal.in.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamẽ.& in.l.non ignoras.C.qui accuſ.poſ.& ita teſtes deponentes ſe vidiſſe de nocte aliquem occidi non probare poſt allega.ſcribit Dec.conſi. 429. col.fin.lib.4. Alexã. conſ.4.col.fin.lib.6. Bal.in.l. A rethuſa.ff.de ſtat.homin. Bald.in.d. l.i.§.porrò. in titu. q.fu.prim.ca.inu. & teſtes non vidiſſe teſtatorem ex his argumen.Paris. conſi.33.colum.in fi.lib.2.eadem traherem ſi teſtis diceret ſe audiſſe & tamen erat in tali loco, ex quo à cõmuniter accidentibus audiri non poterat,idem dicerem ſi ex qualitate loci reſultaret negatiua quòd non vidiſſet illo cõtra affirmante arg.not.per Paris.in.d.loco,&

per Felyn.in.c.quia veriſimile ex.de præſum. & in.c.auditis nu.36.ex.de præſcri.& per Crauett.conſi. 61. col.3.conſi.73.col.fin.conſi.75. col.i.& ita negatiuam legatarium cum hærede ſtare non poſſe ſcribit Alexan.conſ.66.col. 2.lib.3.& notarium non ſcripſiſſe dicta per teſtatorem,probãdo,quod teſtator dixerit ſcribit Dec. conſi. 105.libr.i.& ita non liberè voluntate quid factum ex minis,reuerentia, verberibus poſt not. in.l.i.§. quæ onerandæ.ff. quare.act.non de.Paris.ſcribit conſi.139.per tot.lib.4.& per Abb. in.c.pen. nu.7.& ſequ. ex.de eo.quod met.ca. Crauettam conſi.114. col.i.& ſecunda & conſi.282. col.fin.cum ſimil.

195 Vndecimus modus probandi negatiuam eſt in probando actus incompatibiles cum affirmatiua,& ita quem non occidiſſe vel non feciſſe,probabimus oſtendendo tunc temporis illum alibi fuiſſe ex quo in loco delicti eſſe non poterat & ita ſentit Paul.Caſtren.cõſ. 380.lib.2.Crauetta conſi.i.col.fin.lib.1.à quo non recedũt not.per.l.vbi repugnãtia.de reg. iu.& not.per Felyn.in.c.quia veriſimile col. fin.ex.de præſump.Quod verum eſſe videtur ſi actus iſti ſint incompatibiles quoad cõmoditatem,vt in probãdo colonum non potuiſſe commode laborare probando guerrã Dec. conſi.555.in fin.lib.4.

291 Hæc de morte naturali,ceterum & mors ci uilis habet ſuos modos quibus probetur vt per capitis diminutionem maximam & mediam.§.i.inſtit.de capit. diminut. item per ingreſſum monaſterii in caſibus à iure expreſſis, non enim omnibus in caſibus ingreſſus monaſterii ciuilem mortem parit glo. not.16. q.i.c.placuit, & in.c.ſuſceptum.de reſcript. lib.6.Bal.in aut.ſi qua mulier.C.de ſacroſanc. eccleſ.Old.conſi.284.in fin.Ancher. con.438 Iaſ.in.l.i.col.i.C.de hæred.inſtitu.Crot.in.l. gallus.§.& quid ſi tantum col.3.ff.de lib.& poſthum.

292 Quadrageſimus quartus modus probandi negatiuam eſt in probando negatiuam iuris mixtam facto, quod fiet ſi probetur cauſa, ex qua reſultet negatiua iuris,vt ſi probare velim contractum nó valere,probabo cauſam,quia factum à minore non ſeruata forma ſtatutorum,item rem immobilem ſine decreto iudicis eſſe alienatam,vt per Ioan.ign.d.§.nó alias num.136.ff.ad ſenat.conſul.ſillan.ita legitima tio facta à Comite Palatino probabitur nulla ſi de infante facta probetur niſi & ad legitimationem infantium Comitis priuilegium etiam ſe extendat Fran.Cur.con.64.ex ſerioſa facti narratione Dec. conſi.367.in prin.lib. 3.item donationem cauſa mortis non valere, quia ad utilitatem ſolius patris conſentientis

facta fuerit ſec.cōm.opin.de qua per Dec.cō. 280.col.3.ita ex forma non ſeruata āctum nō valere quotidie dicimus.l.cum hi.§.prætor.ff. de tranſact.& per Felyn.in.c.cum dilectus.ex. de fid.inſtrum.& ſic de ſingulis. Hæc eadem procedunt in negatiua facti, quæ ex probatio ne cauſæ ex qua negatiua reſultet recte proba tur,vt in negatiua facti, quòd mulier cum hæ redibus ſtare non poſsit Alex.ſcribit con.100. col.2.&.3.lib.i.& alibi diximus Planè aduertendum eſt,quòd ad hoc, vt ex tali probatione cauſæ, reſultet cauſa debet eſſe neceſſario inferens,vt per Alexan.d.conſi.100.col.2.quia cum multæ ſint cauſæ vt not.in.l.i.ff.de poſtuland. & in proem.ffrū. ex quibus neceſſario infertur; ex quibuſdam probabiliter, ex quibuſdam verò nec neceſſario,nec probabiliter.

293 Quadrageſimus quintus modus eſt in pro bando negatiuam non diuitiarum, hoc eſt paupertatem, hoc fiet ſi probemus quem in bonis quinquaginta aureos non habere,item ſi oneri ſibi iniuncto; vt tutela, ſupereſſe non poſsit.item pauper probatur ſi quis propriis laboribus viuat,item ſi propriam filiam dota re non poſſit,item ſi non eſt ſufficiens ad ſoluendum debitum de quo quæratur, item ſi quis vadat diſcaltiatus, item ſi ceſsit bonis, item ſi maneat in hoſpitalibus, item ſi arbi-

trio iudicis tam ex his, quàm ex aliis cauſis id videatur vt per Iaſ.in.l.ſi conſtante nu.144.ff. ſol.matrim.& Imol.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cogant.& in Aut. præterea. C.vnd.uir.& vx.vbi Dec.& ratione ætatis pupillum pauperem dici Decius ponit in.l.prætor in fin.verbis.ff.de iuriſdict. omn.iudic.& ex publica voce, & fama, quẽ dici pauperem Decius in.l.i.nu.67.ff.ſi cert.pet.Crauet. cõſ. ſecundo, & ex qualitate oneris, & perſonarũ Alex.conſ.214.col.7.lib.6.& vbicunque à iure quis dicitur pauper Abb.in.c.i.col.3.ex.de accuſat.& per Doct. ſcribitur in.c.odoardus ex.de ſolution.& remiſſiones plures ponit Felyn.in.d.c.i.nu.6.&ſi mittantur exploratores item ſi fiant proclamata ad videndum an aliquis ſit ſoluendo ſcribitur per omnes in.l.decem.ff.de verb.obligat.& in.l.fin.ff.ſi cer.pet. & per Aymo.conſi.201.in fin.item ſi detur alicui terminus ad exhibendas res ſuas, & illas non exhibeat Paris.conſ.109.colum.fin.lib.3 Martin.de Fano in libello, qui inſcribitur de probanda negatiua, vbi hunc ſolum modum poſuit.item ſi teſtis non habeat tantum, quãtum valet cauſa ſuper qua deponit, hoc reſpectu dicitur pauper ſecundum Dec.conſi.105. nu.7.libr.i.&ſi idem Decius conſi.163.in fin. contra ſentiat & cum eo plerique alii item ſi quis propter debitum patiatur ſe poni in carceribus

ceribus Paris.con.50.col.pen.lib.i.item ſi maritus tot bona nõ habeat,quæ dedictis bonis feudalibus ſufficiant ad reſtituendam dotem Dec.conſi.52..in fin.lib.4.& ſi quis non habet bona ſufficientie aductum, & veſtitum pauper probatur Socyn.conſil.30.col.i.lib.i.quẽ refert,& ſequitur Crauetta conſi.199.col.i.in fin.lib.i.& multas modos,quibus, quis probetur ſuſpectus de fuga poſt Io.Bapt.in tract. de ſuſpect.fug.ponit Paris.conſi.99.col.3.lib. tertio. item ex coniecturis,ex animo,& arbitrio iudicis probari paupertatem Decius ponit conſi.120.libr.i. Præterquam quod Nudi naſcimur,& ille,qui ſemel pauper extitit ſemper præſumitur pauper Alciat.27.præſump.3. reg.vbi apoſt. late not.

294 Quadrageſimus ſextus modus probandi negatiuam eſt in probando aliquem non eſſe idoneum,in quo certum quid vniuerſale conſtitui non poteſt,quidam enim non ſunt idonei propter ætatem,vt impuberes præſertim dolo carẽtes ad omne genus negotiorum iux. rat.l.i.C.de falſ.monet. & ad teſtificandum Alex.conſi.74.in fin.lib.5.præſertim in criminalibus,in quibus non recipiuntur vt per Paris.conſi.163.col.2.lib.4.& ex ſenectute & infirmitate quem minus idoneum Alciat.3.reg. præſump.19.quidam verò propter ſexum vt fœminæ ad aſſumenda officia publica.l.fœmi

næ.ff.de reg.iu.item ad accuſandum.l.qui ac cuſare.ff.de accuſat.quidam propter defectus alios,tàm animi quàm corporis.quidam propter ſuſpiciones & alias qualitates extrinſecas deficientes, requiſitas tamen in affirmatiua idonei, aut ſuperabundantes non requiſitas & vitiantes, vt in ſimili per Ruyn.conſ.49 nu.3.lib.5.& per Alexan.conſ.180.col.2.lib.2. conſi.177.col. 2.lib.eod.Paris conſ. 67.col.x. lib.3.conſi.74.col.fin.lib.3.conſi.84.col.i.lib. tertio. eadem trahenda ſunt ad probandum aliquem non dignum,vel moribus non ſufficientem,vt per Paris.conſi.29. col.i.llb.i.

295 Generaliter tamen non idoneum, non dignum quemcunque dici puto, qui qualitates requiſitas,vt quis ſit dignus non habet,& ita ita ſcribit Alexand. in probando quem non idoneum facultatibus conſil.209.colum.fina. libr.6.& in probando,quòd non eſt congrua Res, quia non ſit æqualis legittimæ Dec. cõſ. 278.libr.2.cum ſimilibus,à quibus non recedunt ea,quæ diximus aliàs.

296 Planè hoc ab omnibus receptum eſt reſpectu qualitatum extrinſecarum, quæ nõ inſint a natura neminem idoneum præſumi; vt per Abb. & Felyn.in.c.fin.ex.de præſump. & per Alciat.3.reg.præſump.3.&.19.

297 Quadrageſimus ſeptimus modus probandi negatiuam eſt in probando aliquẽ non eſſe

ſeruum, hoc fiet ex manumiſsione, ex libris, in quibus natalia deſcribuntur ex quaſi poſſeſſione libertatis, ex eo, quòd quis ſit natus ex ingenuis vt in.l.cum præciũ in.l.nec admiſſa, & per tot.tit.C.de lib.cauſ.& per Ioa. Ign.in d.§.non aliàs.item per publicam vocem, & famam in antiquis Alex.conſi.90. col.2.libr.6. eodem modo probabimus quẽ alterius filiũ non eſſe ſi in abſentia patris poſt decimũ menſem natus fuerit vt per Abb.& Felyn.in.c.per tuas ex.de probat.& quid dicẽdum ſit ſi filius naſcatur ex muliere quæ ſtatim poſt mortem viri nupſerit ponit Bartol.& ſeq.in.l.gallus in prin.ff.de lib.& poſthum.Alciat.3.reg.præſump.37.itẽ ſi pro filio habitus, & reputatus non fuerit, item ſi ſe filium alterius, qui cum matre conuerſabatur appellauerit, item ſi in libris ſuis ſe eiuſdem filium dixerit Paul.Caſt. conſ.175.quem refert, & ſequitur Alcia.3.reg. præſump.37.item ſi concubinarius natum ex coniugata in filium agnouerit Bened.cap. conſ.2.col.i.&.2.& ſi in dubio ex marito natus præſumatur.l.miles.§.defũcto.ff.de adult. & ſicut filiatio in antiquis probatur ex leuioribus probationibus vt per teſtes de auditu, & per publicam vocem, & famam vt per Dec. conſ.272.ita contra non filiationem, vbicunque enim teſtes per aliud medium, quã per ſenſum, ibi æquiparantur probatio affirmati

uæ,& negatiuæ,vt infra dicemus, idem dicemus in cæteris coniecturis, quibus probetur filiatio,de quibus per Doct. in.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iu.Abb.& Felyn.in. d.c.per tuas Alex.cōnſi.25.col.fin.lib.4.Doct. in.c.Michael.ex. de filiis præsb. & Orian.in. c.quoniam contra nu.mihi.104.ex.de proba. eadem quoque trahi poſſunt ad probandum aliquē non eſſe affinem, conſanguineúmue, de cuius affirmatiua per Abb.in.c.licet ex quā dam.ex.de teſtib. Orian.in.d.c.quoniā cōtra Dec.conſ.13.conſ.322.conſ.595. conſ.524.cōſi. 531. Alex.conſi.90.nu.2.lib.2.conſi. 90.libr.6. conſi.2.lib.1.conſi.51.in prin.lib. eō. conſi.88. nu.10.conſ.195.lib.7.& late remittit Tiraqu. de vtroque retr.§.16.gl.conſanguinitatem ad fin. Q uā non eſſe vxorem ex tractatu probari Alex.conſ.151.col.pen.libr.5.& quā non eſſe honeſtam mulierem, ex eo, ꝙ libidinis cauſa patiatur ſe oſculari, & in cubiculum ſecretò viros admittat & ex huiuſmodi Paris.cōſ.160 col.1.lib.4& ita ex prædictis, & diſcurrendo per.x.prædicamenta, item ex infrà dicendis probari quē non vaſalium,non militem, nō mercatorem, non ſcholarem,non Doctorem, & ſic de ſingulis.

298 Quadrageſimus octauus modus eſt in probando conſuetudinem nō eſſe,hoc fiet ſi contra affirmatiuum conſuetudinem vel ius per

longum tempus ideſt Decennium ſaltem bis iudicatum fuerit, idem ſi contra affirmatiuã per idem tempus coram multitudine perſonarum adeo quidem vt ad notitiam maioris partis populi peruenerit, factum & obſeruatum ſit, eodem modo ſi caſus eueniſſet ita faciendi, & tamen, vt ſupra factum nõ eſſet, cũ eſſet petitum Bal. in. l. de quibus verſ. ſed nunquid ex nõ actibus. ff. de leg. Bar. in. l. cum ſcimus poſt text. ibi. C. de agric. & cenſ. Bald. & Angel. in. l. male agitur. C. de præſcript. x. vel 20. ann. Ant. Butr. in. c. cum Ioãnes. ex. de cler. coniug. facit. l. ſi in emptione. §. omnium. ff. de contrah. emp. Alex. conſ. 45. col. 2. cõſ. 190. col. pen. libr. 2. Ioann. Ign. d. §. non alias. ff. ad ſillan. Aymo conſ. 241. nu. 2. & cõſ. 314. col. fin. lib. 2. & Dec. conſ. 402. col. pen. in quo etiam teſtes ſingulares recipiuntur. Spec. in titul. de teſt. §. antepen. verſ. quid ſi plures Bal. in. l. de quibus cart. vlt. ff. de legib. Alex. conſi. 72. lib. 1. conſi. 172. col. fin. lib. 2. conſi. 141. col. 2. lib. 1. conſi. 85. col. fin. lib. 2. conſi. 86. col. 4. lib. eod. conſi. 18. in fin. lib. 3. Panormit. conſ. 380. lib. 1. Bal. con. 105. quia dicta lib. 4. Veron. conſ. ciu. 3. col. 3. Corn. conſ. 34. & 247. lib. 2. Guid. Pap. Dec. 544. Bald. in. l. rogaſti. §. ſi tibi. col. 2. ff. ſi cert. pet. & in. l. 2. col. 46. ff. de iureiurando Felyn. in. c. licet ex quadam ex. de teſtibus.

299 Item per depoſitionem teſtium ad quos

conſuetudo affirmatiua,vel alia iuris obſeruātia,veriſimiliter in notitiā perueniſſet,& nunc non peruenit cum bis idem caſus per Decennium eueniſſet, itaque obſeruari petitū fuiſſet,& tamen hoc ab eis cognitum non eſſet vt per Aymonem conſi. 56.col.fin. faciunt quæ alias ſupradixi item per productionem libri, in quo conſuetudines iſtæ deſcribantur iuxt. not.per Bar.in.l.de quibus.4.q.prin.ff.de legib.& not.in.l.2.ff.de vulg.quicquid in contrarium dixerit Ioan.Ign.in.d.§.non aliàs nu. 145.cuius dicta magis probant cōſuetudines ita redactas ab homine legis condendæ poteſtatem non habente legem non facere, quam conſuetudinem non probare.

300 Ex notorio quoque probatur non conſuetudo vt per Dec.in conſi.449.nu. 26. &.483. ad fin.lib.4.& per famam probari hoc notoriū Cyn.ponit in.l.2.verſ.2.q.C.quæ ſit long. conſ.Alex.conſ.14.in prin.lib.5.Dec. cōſ.402 col.4.lib.3.item iudex de hac notoria conſuetudine poteſt ex officio ſe informare, vt per Bart.in.l.lege iulia.ff.de teſtibus Alex.in.l.i. col.i.C.vt quæ deſ.aduoc.& conſ.36.col.fin. & conſ.145.lib.2.Dec. d.conſi. 402. num.8.& conſ.483.col.fin.& cumul.Aym.Crau.quædā conſ.104.col.antepen.lib.i.

301 Conſuetudo quoque, & non conſuetudo probatur per Docto.excell.ita atteſtantis ſec.

magis cõm.opin.de qua per Decium in.l.2.§. creditum in fin.ff.ſi cer.pet. & per eundem Decium conſ.420.in fin.lib.3.& per eundem conſi.540.& conſi.559.col.1.conſ.538. col.2.& conſ.684.Socyn.iun.conſ.60.nu.9.cõſi.121. nu.17.& conſ.130.in princ.lib.2.

302 Hanc opin.propter innumeras authoritates, quas habet in contrarium de quibus per Decium in.d.§.creditum.Iaſo.in.l.de quibus Roch.de Curt.in tract.de conſuetud. cap.fin. q.5.& per Paris.conſi.158.col.2.libr.4.Hieronym.Cagn.in.l.vnic.ff.ſi quis ius dic.non ob temp.Dec.conſi.402. vbi atteſtatur hanc eſſe cõmunem opin. & alibi ſæpè reſtringerem in fraſcriptis modis primo vt procedat ità demũ ſi Doct.ita atteſtans de conſuetudine ſit excellens & ita declarat Dec. addendo,quòd neceſſe eſt quòd ita atteſtetur in ſcriptis & in lecturis conſi.402.in fin.lib.3.Doctor autẽ excellens quis ſit ponitur per Iaſ.in.l.ſtipulationum quædam in prin.ff.de verb.obli.& in dubio Doctorem excellentem dicere non debemus; hæc enim eſt qualitas,quæ non niſi maximus laboribus paratur Alciat.3.reg.præſump.3.in fin.hoc tamen limit.non procedere vbi iſte Doctor excellens variis in locis variè teſtatus fuiſſet de hac conſuetudine.l.qui varia.ff.de falſis & per Alex.in.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.ff.de verb.obli.& Doct.in.c.

per tuas.ext. de probat. & Paris.conſi.152.colum.tertia.libr.quarto.Idem ſi diuerſi diuerſe teſtarentur de cõmuni data paritate; aliàs enim attenderetur maioris authoritatis Doctor, vel is, qui meliorem rationem redderet enumerando caſus, ex quibus fuerit inducta conſuetudo, argu.eorum, quæ alias dicemus de ratione teſtis, & not.per Alexan.conſi.189. col.fin.libr.i.

Secundo reſtringerem, vt procederet quo ad transferendũ onus probandi in aduerſarium non autem quo ad plenam probationem ita ſentit Paris. conſil. 105. colum.ſecunda libro quarto.Crauetta conſ.305.colum.prima libr. ſecundo, & conſi.166.col.prima & ſecunda: & ita intelligo not. per Decium conſi.681.in fin. & Socyn.iun.cõl.60.num. 10. lib. primo. Tertio reſtringerem, vt prædicta opinio procederet, quoad ea, quæ ſunt de conſuetudine in iure iuxt.l.cum de interpretatione.ff.de legibus quia Doctorũ authoritas iura interpretandi tributa, non de facto atteſtandi.§.reſpõſa prudentum inſtitu.de iur.nat.gent.& ciuil. & ita procedat opinio Alexan.& ſcribentium de quibus per Iaſo.in.l.de quibus nume.89. ad fin.& ſcripta per Alexã.conſi.2.col.9.lib.i. Dec.conſi.306.col.fin.Dec.540.col.fin.conſi. 559.in fin.Quarto reſtringerẽ in iis, quæ ſunt de cõſuetudine tempore doctoris, ita atteſtan

tis, ſecus de iis, quæ ſunt ante, vel poſt,& ita procedant alleg.per Alex.conſ.5.col.pen.lib.3 & per Decium conſi.472.nu.18.& conſ.286. in fin.lib.2. Quinto ego reſtringerem vt procedat ſi Doctor atteſtetur de illa conſuetudine,quæ ſit in loco,vbi habitat,ſecus ſi de conſuetudine alterius loci atteſtaretur & ita procedant allegata per Dec.conſi.472.nu.16.libr. 4.& ita intelligo not.per Paris.conſi.77.col. 2.lib.3.& per Dec.conſi.559.in fin.& cõ.640. col.fin. Hæc eadem trahi poſſunt ad atteſtantem de cõmuni vſu loquendi,& de communi opin. hoc eſt vt quoad transferendum onus probãdi in aduerſarium,& atteſtantibus hinc inde doctoribus credatur rationem reddentibus per enumerationem quoad cõmu. opin. quòd ſi nõ adſit enumeratio, credetur recentioribus,vt de tempore,de quo quæritur atteſtantibus,temporum enim mutatione mutantur cõm.opiniones ad hæc faciunt not.per Alex.in.l.5.in fin.col.2.ff.de verb.obli. & Socyn.in.l.Gallus.§.ſi eius in fi.ff.de lib.& poſthum.Dec.conſ.365.in fin.

Non.conſuetudo quoque probatur probãdo actuum diuerſitatem ex diuerſitate enim actuum, conſuetudo non inducitur, & per conſequens non conſuetudo probatur vt per Dec. conſil.215.col.ſecunda,& conſil.176.numer.15.

303 Circa hanc probationem non conſuetudinis illud non prætermitta, quòd non ſufficit probare nõ actus cum hoc eſſet petitum, vel per tempus diuturnum; ſed neceſſe eſt probare, quòd ex cauſa cõſuetudinis hoc fuerit nõ actum; vt in ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant non ſufficit probare hoc non obſeruatum, ſed neceſſe eſt probare, quod ex cauſa conſuetudinis hoc nõ fuerit obſeruatum Anch. conſ. 339. col. fin. refert, & ſequitur Crauetta conſi. 197. col. pen. idem late cõſ. 226. col. i. & 2. lib. 2.

304 Quadrageſimus nonus modus probandi negatiuam iuris hoc eſt hoc lex non dicit, per reproductionem libri dicendo quòd hoc in libro ſuo non dicitur, vt per Fulgos. in. l. ab ea parte. ff. de probation., quẽ refert, & ſequitur Io. Ign. in. d. §. non alias nu. 136. ad ſillan. & ita feciſſe videtur Alexan. ſiue alius inter illius cõſilia conſ. 55. nu. 24. lib. 4. & ſi lex ipſa diceret, quòd lex non dicit.

305 Sed hic q. quis teneatur librum percurrere, videre videtur, quòd dicens in libro non dici & ita feciſſe videtur Bal. conſi. 184. col. i. lib. 5. quem refert, & ſequitur Aymo conſ. 194. col. prima libr. primo. & ſentit Alexand. d. conſil. 55. numer. 24. contra tamen puto, quia dicens hoc in libro non dictum negat factum, negans autem factum probare non tene-

tur, ſed tranſfert onus probandi factum in aduerſarium, vt late ſupra demonſtrauimus ſed hic q. ſi diuerſi libri diuerſi proferantur cui ſtandum erit? ſi quidem adſit comm.lect.illi ſtabimus vt per Alex.d.conſi.55.nu.24.& alibi ſæpè, quòd ſi non appareat ego recurrendum puto ad diſtinct.gloſ.& Bar.de qua in.l. ſcripturæ.C.de fid.inſtrum.& not. per Alex. conſi.190.col.4.lib.6.& conſi.19.lib.i.

306 Quinquageſimus modus probandi negatiuam quem non deliquiſſe eſt per probationem bonæ, conditionis, & famæ; Adeo quidẽ vt inditia aliàs ſufficientia ad torturam minuãtur & ex eis, quis torqueri non poſsit, vt per Bar.in.l.deſertorem.§.fin.ff.de re milit.Bald. in.l.ea quidem col.pen.C.de accuſ.& in.l.fin. C.de probat.cum aliis alleg.per Alex.ad Bar. in.l.fin.ff.de quæſtion.Raphael cum.conſi.135 col.2.Corn.conſ.58.col.fin.lib.2.Alexã. conſi. 89.in fin.lib.3.Dec.conſi.189.col.pen.verſ.accedat.conſi.135. nu.14.Alexã.conſi.18.col.pen. lib.2.Bal.in.l.fin.ff.de hæred.inſtit. Bal.in.l.i. C.comm.de leg.Paris.conſi.161.col.fin.lib.4. & probata bona fama omnis inquiſitio ceſſat Marſ.cõſ.135.col.pen.& conſi.74.nu.25.Paris. conſ.163.col.2.lib.4.& bona fama purgat omnem ſuſpicionem contrareum Bald.conſ.410 col.2.lib.2.Caſtrenſ.conſ. 284. in fi.lib.2.Iaſ. in.l.i.§.fin.C.cõm.de leg.Dec.conſi.454.col.

pen.lib.4.in.l.qui accuſare.col.i.C.de edend. in.c.decernimus col.2.ex. de iudic. in.c.prudẽtiam in prin.col.7.ex.de officio deleg.Iaſ. in.l.qui iuriſdict.col.4.ff.de iuriſd. omn.iud. Crauetta conſi.145.in fin.conſi.99.in fin.cõſ. 168.col.i.Paris.conſ.151.col.2.lib.4. Bal.in.l.i. col.4.C.de cõſe.in.l.i.circa fin.C.locat.Alex. con.90.col.pe.lib.3.Corn.con.18.lib.2.Vero. con.40. col.8.conſi.21.col.pen.cõ.22.col.pe. Marſ.in.l.i.§.ad quæſtionem col.2.& ſequ.ff. de queſtion.Felyn.in.c.ſuper his circa fin.ex. de accuſat. Paris.conſ.171. in fin.lib.4.Socyn. iun.conſi.88.in prin.lib.2.conſi.61.nu.40.lib. eo.& conſi.45.num.12.& ſeq.lib.3.quod adeo verum eſt, vt licet aliàs omnes probationes ſint arbitrariæ, tamen hoc non procedat vbi probata ſit bona fama,vt declarat Paris.conſ. 151.col.3.lib.4.facit.l.non omnis.§.a barbaris. ff.de re milit.item per bonam famam tollitur omnis præſumptio delicti vt per Aymonem conſ.65.in fin.lib.i.ſicut contra mala fama operatur, quòd ſufficiant leuiores probationes, & vnum iudicium ſatis ſit ad torturam vt per eundem Aymonem conſi.73. nu.23.lib.i.

307 Hic aduertendum eſt, quòd hæc bona fama ita ĩ genere probata tollitur per probationem malæ famæ in ſpecie vt ſi cõtra aliquẽ inquiratur de falſo,adulterióue, & probetur bona fama; contra autem in ſpecie probetur,ꝙ

iſte inquiſitus plures falſitate, commiſſit,& plura adulteria, de quibus ſit publica vox, & fama alleg.gloſ.in verbo exceptionem in. c. auditis ex. de præſcrip.Alexand.conſil.77. colum.ſecunda.libr.primo.conſi.148.colum. prima libr. ſecundo. conſi.151.colum.quarta. libr.quinto.conſi.28.col.3.lib.eod.Dec.conſi. 448.in fin. conſi.454.Marſ.in pract.crimi.in verbo diligenter nume.197.Iaſ.conſ.2.colum. quarta.lib.primo.Socyn. iun.conſ.88.nume. 21.lib.2. Planè illud eſſe priuilegium deponentium pro bona fama,quòd aliàs data paritate eis magis creditur, quá deponentibus ſuper mala vt per Dec.con.448.nu.12.quicquid cõtra ſenſerit Socyn.iun.d.conſi.88.Item quòd ad tollendam omnem ſuſpicionem delicti ſufficit probare bonam famam in genere,ſed nõ contra ad induendum præſumptionem delicti ſufficit probare malam famam in genere, ſed neceſſaria eſt in ſpecie, & ita declarat Alex. conſ.5.lib.1. [illegible]

308 Quinquageſimus primus modus probandi negatiuam eſt vbicunque negatiua cadat in ſenſum teſtis, quoquo enim modo id fiat teſtis deponentes ſuper ea æquè probat, ac ſuper affirmatiua,vt per Barto.in.l.errores. C.de error.aduoc.Bart.& Ang.in.§.hinc nobis, in Aut. de hæred. & falcid. Ioann. Ign. in d.§.non aliàs numer.156.ff.ad ſillan.

Idem dicendum eſt in negatiua, quæ probatur per rationem ex his quæ ſenſu percipiuntur licet negatiua ſenſu non percipiatur directo, tunc enim teſtes ita deponẽtes æquè probant ac ſuper affirmatiua, quæ per rationem prædictam, non ſenſu principaliter percipitur, vt per Alex. conſi. 110. col. fin. lib. i. & in negatiua quẽ non occidiſſe dolo, ſed ad ſui defenſionem; ex ſola ratione; quia vidi Bar. ponit conſi. 291. quidam maſsiolus Bal. in .l. ſolam, col. fin. C. de teſtibus. Corn. conſ. 172. col. 2. lib. i. & ſci de ſingulis, de quibus infrà, dicẽdũ eſſet, & hoc eſt, quod dicit tex. in. d. c. quoniam contra quòd directo negatiuæ non eſt probatio, quaſi indirectò ſecus ſit.

309 Quinquageſimus ſecundus modus eſt in probando negatiuam nullo modo coarctatã, & difficilis probationis; per publicam vocẽ; & famam; quia in iis, quæ ſunt difficilis probationis admittitur probatio per famam vt per Alexã. conſi. 66. col. fin. lib. 3. conſ. 3. col. 2. lib. 6. Dec. conſi. 37. conſi. 545. & . 652. in quibus Dec. negatiuam quẽ non eſſe viuum ratione difficilis probationis, per publicam vocem, & famam probari affirmauit. faciunt ea quæ not. ſupra in. i. ampl. hoc eſt, quòd per cõiecturas, leuiores probationes, non inſpecta teſtium qualitate, & ex præſumptionibus quibuſcunq; in iis, quæ ſunt difficilioris proba-

tionis proceditur vt in probandis iis, quæ ſunt de antiquo Aret.con.36.Guid.Pap.Dec. 88.col.i.& deciſ.24.Corn.conſ.35.& conſ.323. lib.i.Dec.conſ.345.& conſ. 475. Iaſ.conſ.89. col.fin.& conſi.128.lib.i.Marſ.not. 505. Adeo quidem vt teſti etiam de credulitate in antiquis ratione difficilis probationis credatur, ſi tamen congruam rationem reddiderint, qua iudici ita videatur, vt quia dicant ſe â maioribus ſuis ita audiuiſſe, vel quia ſe dicant vicinos Alex.conſ.187.col.3.lib.2.conſi.147.nu. 16.lib.eo.Bal.in.l.conuenticulam col.6.C.de epiſ.& cleric.Alex.conſ.109.nu.7.libr.i.conſ. 124.nu.4.lib.eo.& in ſimili, quòd quis fecerit ad defenſam, quia eſt difficilis probationis Alex.con.76.in fin.lib.i.Marſ.ſing.19.in rub. de probat.fol.4. & in.l.de minore.§.plurium nu.72.ff.de quæſtion.& in antiquis vltra ſpatium centum annorum per famam plenè probari Alex.conſi.116.col.2.lib.5.& ſi aliter conſ. 13.lib.i.& con.16.nu.22.lib.5.& ita ratione huius difficilis probationis per famam probari quem non prius inſultaſſe, ſed alium Alex.cō. 14.col.fin.lib.3.idem in probando damnum non eſſe tollerabile ratione huius difficultatis putarem, & ex cōmuni opinione vulgi ſcribit Paris.cōſ.38.col.2.lib.i.& ita per publicam famam iunctis præſertim aliis inditiis, probari quē non eſſe ſubiectum collectis Crauet.cōſ.

ııı.col.4.libr.i.Ad hæc faciunt not.per Dec. conſi.42.conſi.638.nu.7.Crauett.conſ.127.in fin.Alex.conſi.36.in prin.lib.i.& conſ.24.col. i.lib.2.Hæc maxime procedent vbi agitur de modico præiudicio; quia tũc ſufficiunt leuiores probationes per vnicum teſtem,vel cõſanguineum, & per iuramentum vt per Aymon. conſ.182.col.4.libr.i.Ad hæc faciunt quæ infra dicam.

310 Difficilis autem probationis dicuntur ea, quorum probatio à cõm.accid.haberi aliter non poteſt Alex.conſi.64.col.2.lib.i.item ea, quæ fiunt de nocte,clãdeſtine,& in multitudine perſonarum Alex.conſi.4.in fi.lib.5.& cõſ. 50.col.4.lib.i.& ſecũdum diuerſitatem caſuũ quod dici difficilis probationis ſentit Craue. conſi.73.col.i.lib.i.& cõſi.178.lib.eod.

311 Hæc procedere puto,quoad tranferendum onus probandi in aduerſarium,nõ quoad plenam probationem; vt in ſimili de probanda filiatione ſcribit Alex.conſ.51.col.2.lib.i.Salyc. in.l.non epiſtolis in fin.C.de probat.Iaſ.in.l. neque.C.de teſtam.Socyn.con.89.col.i.lib.i. Afflict.Deciſ.25.Felyn.in.c.per tuas.col.2.ex. de probat.Decius.conſi.54.libr.i.

312 Quoad probationem autem faciẽdam per famam, primo requiruntur quòd teſtes, vel nõ interrogati(quicquid in cæteris cauſis ſit). rationem dicti ſui allegent Alexã.conſi.98.in fin.

ſin.lib.2.conſ.70.nu.6.lib.3.cōſ.153.n.14.lib.5 cōſ.25.col.2.lib.4.Dec.conſ.173.conſ.634.nu. 16 conſ.649.col.pen.lib.5.conſi.575.lib.eo.Ratio autem debet eſſe talis,ꝙ à maiori parte hominum quis audiuerit Alex.conſi.150.n.13.cō. 151.col.fin.lib.5.conſi.20.nu.9.conſi.117.lib.4 con.70.nu.7.lib.3.conſ.94.in fin.& cō.12.nu. 5.lib.2.Curt.iun.conſi.52.col.2.Alex.cōſ.94. col.fin.lib.2.cōſ.112.col.2.lib.eo. Deciſ. Tholoſ.380.Curt.ſen.con.82.col.6.Dec.cap.quia citra.2.not.ex.de appell.item neceſſe eſt quòd teſtes dicant à quibus hominibus audierint, vel ſi non interrogentur Alex.conſ.155.col.fin. lib.5.Ang.in.l.ea,quidem col.3.C.de accuſat. Rom.in.l.i.in prin.ff.de oper.nou.nunt. item neceſſe eſt quod ab hominibus fide dignis auditum ſit,ſiue fama originem traxerit vt per Bar.& Marſ.in.l.de quæſtione.§.de tormentis ff.de quæſt.& per Dec. conſi.575.& per Paris. conſi.152.col.2.& ſeq.lib.4.Nec ſufficit dicere ꝙ à pluribus de populo,item à multis Alexā. cōſ.70.col.2.lib.3.conſi.94.lib.2.conſ.101.col. 4.libr.5.Plane ſi quis diceret audiui à tali, qui ſit fide dignus,de cæteris non recordor plene probet Alex.conſ.83.col.2.lib.3.con.176.col. 3.lib.6.aliàs ſi ſimpliciter diceret ſe non recordari nihil probaret Paris.cōſ.104.col.fin.lib. i.item ſi dicatur hoc cōmuniter dicitur, licet non dicatur ego audiui cōmuniter dici bene

probatur contra Bar.in.l.labeo.ff.de ſuppell. leg.quem cõm.reprobatum Paris.ſcribit cõſ. 138.col.pen.lib.4.

313 Secũdo exigerem,quòd hæc fama orta fuiſſet ante litem incohatam,& conteſtatã Alexã. cõſ.200.col.pe.lib.2.Aret.cõ.122. col.i.Corn. conſi.198.col.5.lib.2.Crauet. cõ.260.col.pen. Paris.conſ.61.col.pen.lib.4.Quòd ſi de contraria fama probetur cui ſtandum ſit videnda ſunt not. per Alex.conſi.24.col.6.lib.2.& per Bar.in.d.§.de tormentis & per Dec.in cõ. 203.in fin.& not.in.c.i.ex.de appell.& de materia requiſitorum in probanda fama videndum eſt poſt ſupra alleg.& doct.in.d.§.de tormentis,& in tract.de fama per Paris. conſ.152. col.2.& ſeq.lib.4.Dec.conſ.37.nu.8.Crauett. d.conſ.260.Corn.conſi.176.col.3.libr.4.Crauett.conſ.262.Dec.conſ.428.Socyn.iun.conſ. 69.nume.18.& ſequen.lib.i.& conſ. i.nume. 34.lib.2.

314 Quinquageſimus tertius modus probandi negatiuam eſt quomodocunq; id fiat dum modo ex eo animus iudicis ad ita credẽdum inducatur; quia effectus probationis alius nullus eſſe videtur,quam iudicem inducere ad ita credendum vt per Bar.& alios in.l.admonẽdi ff.de iureiurando;ex quo teſti ſingulari iudex, ſi quando ſibi videatur credere poteſt Socyn. conſi.262.col.5.lib.2.Veron.cõſ.3.in fin.Curt.

iun.conſ.106.col.i.Paris.conſi. 75.col.i.lib.2. Marſ.conſ.39.col.3.Aymo conſ.267.in fin.lib. 2.& iudex poteſt ex adminiculis hic inde collectis ſe informare, & iudicare Bal.in Rub.de controu.inueſt.Alex.conſi.135 col.5.libr.4.& ita in probando quem non eſſe viuum conſi. Decius.652.libr. 5. Hoc maxime procedet in iis omnibus caſibus, in quibus teſtes inhabiles recipiũtur vt per Dec.con.459.col.fin.lib. 3.& per Aymon.conſ.2.col.4.lib.i.Idem ſi corã arbitris cauſa agitetur corã quibus de æquitate proceditur,& rigor iſte probationum remittitur iux. not.per Paris.conſi.88.in princ. lib.i.& arbitri poſſunt credere etiã rationibus perſuaſiuis Bal. in.l.ſolam.C.de teſtib.Aret. conſi.127.col.2.& per Dec. conſ.650.in princ. idem in cauſis modici præiudicii iux.not.per Aymon.conſ.182.col.4.& in cauſis poſſeſſoriis in quibus leuiores,& ſemiplenæ probationes ſufficiunt Bar, in.l.i.col.3.quor. bon.Decius conſ.56.& cõſ.653.in fin.& conſ.510.col. i.&.2.idem in iis,quæ ſunt difficilioris probationis iuxta ea, quæ ſupra notauimus,& quia in iis poteſt iudex ſe informare, & procedere ex vehemẽti opi.Bar. in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi q.8.ff.de oper.nou.nunt.Bal.in.l.quicunque col. pen.C.de ſeru.fugit.in.l.ſi quis hoc genus.C.de epiſ.& cleric.Alex.conſi.113.col.2. lib.i.Marſ.not.i.& cõſ.568.nu.3.Fely.in rub.

ex.de probat. Iaſ.conſ.58.col.2.lib.2.grãmaticus conſi.i.col.pen.Hæc multo magis procedent proReo ad defenſam,pro quo recipiuntur teſtes etiã de credulitate vt per Alex. cõſi. 76.col.fin.libr.i.conſ.169.col.i.lib. eo.Veron. conſ.crimin.76.Alex.conſ.109.col.fin.libr.i. Marſ.ſing.19.in Rub.de probat.fol.4.Iaſ.in.l. vt vim col.2.ff.de iuſtit.& iu.& in.l.nõ ſolum §.ſed vt probari.col.fin.ff.de oper. nou.nunt. & pro reo ad defenſam fratrer;pro fratre admittitur,vt per Bal.in.l.parentes.C.de teſtib. Alex.conſ.212.col.fin.lib.2.conſ.5.lib.i.& cõ. 4.in fi.lib.6.& per Felyn.c.cum oporteat col. 3.ex.de accuſat.Dec.conſ.459.col.2.Marſ.not. 508.Alex.cõſ.76.in fi.lib.i.faciũt ea,quæ not. Bart.in.l.quod ait §.ꝙ ait.ff.de adulter.Alex. conſ.76.col.fin.lib.3. Et hoc eſt quod ſentit tex.in.d.c.quoniam contra in verbo directo, quaſi per indirectũ ſentiat iis omnibus modis negatiuã probari poſſe,quibus & affirmatiua

315 Moueri autẽ iudicẽ poſſe puto ex omni genere argumentorũ;quippe cum nihil aliud ſint argumenta,quã probabiles inuẽtiones rei dubiæ fidem facientes;hæc ſi diffuſius proſequi omnia vellem alter liber cõſcribendus eſſet, quarè quædã ex his, quæ nunc ſuccurunt ad probationẽ negatiuæ adaptata ſubiiciam. ex eo,ꝙ actus valeat,magis quã pereat, faciendã ſit interpretatio nõ eſſe donationẽ inter vi-

uos,ſed cauſa mortis Rot.Neapolit.328.& de hoc argum.multa per Aymon.cōſ.2.& per Felyn.in.c.auditis col.i.&.2.ex.de præſcription. Item ex actu ſubſequenti volūtatem præcedētem talem fuiſſe vel nō fuiſſe argumentamur Alex.conſ.15.in fin.lib.3.& ex eo, quod de iniuria quis non conqueratur iniuriā ad animū non reuocaſſe Alex.conſ. 63.lib.5.Bal.in Aut. ex teſtamento col.2.C.de ſecund.nupt. faciūt not.per Guid.Pap.Dec.446.& per Aymo.cōſ. 319.col.3.&.4 & per Paris.conſ.47.in fi. lib.i. A conſuetis,licet maritus,& vxor confiteātur ſe pecuniā recepiſſe ex vēditione, ex quo iure pro rata facienda eſſet interpretatio ad vxorē perueniſſe;tamē non perueniſſe arguit Aymo. conſ.80.nu.7.lib.i.Alex.conſ.46.in fin.libr.5. conſ.37.nu.9.lib.2.ex nugis, iocis, iactantia, complacentia adulatione,non cogitatione nō eſſe factam donationē Paris. conſ.89.in prin. lib.3.ex pretii quātitate non eſſe emptionem Aymo conſ.105.col.fin.ex numero duorū teſtium noluiſſe donare cauſa mortis, ſed inter viuos,licet dicatur dono tibi cauſa mortis Paris.conſ.90.col.i.lib.3.ex interuētu iudicis & conſanguineorum non eſſe factum metu tranſactionem Aymo conſ.114.col.2.ex alia cauſa, vt ſi ex libidine rapiatur furtum non committi.Bar.in.l.veram.ff.de furt. ex eo ꝙ publicè fiat dolū non ſubeſſe.l.non exiſtimō.ff.de ex-

cuſat.tut. Aymo conſi.321.in prin, ex ſubiecta materia verba propriè non accipi. Alex. conſ. 35.col.pen.lib.4.ex teſte etiam de auditu adiectis aliis adminiculis cum præſumptionem is faciat,& plenè probet ſec. Alex.con.236.in fin. lib.6.conſ.77.lib.i.moueri iudex poterit. fac. idem Alci.conſi.11.col.fi.lib.4.ex delicto vitādi aliquē non mandaſſe id, quòd ſi eſſet mandatū eſſet delictum non committeretur Paris. conſi.21.col.pen.lib.4.Alex.conſ.106.col.pen. lib.3.ex eo,quòd maſculinū proferatur qualificatum ad fœminā nō trahi. Alex.con.135.col. 2.libr.i.Ex tēporis modicitate nō interueniſſe cauſæ cognitionē Alex.cō.218.col.fi.lib.2.Cor. conſ.89.lib.i.Iaſ.in.l.iudices.C.de iudiciis cō. 21.col.2.lib.i.con.44.in fin.lib.4.Alcia.3.reg. præs.9.nu.24.Ex temporis qualitate,vt peſtis non eſſe requiſitam ſolemnitatē numeri teſtiū Dec.conſ.284.lib.2.conſ.504.lib.4.Corn.cō. 68.col.i.lib.i.conſ.53.col.2.lib.4.Marſ.in.l.i.§ præterea nu.125.ff.de queſtion.Ripa in tract. de peſte fol.mihi 30.&.38.&ſi non deſint qui præterea ruſticitatem requirant vt Alex.conſ. 177. col. 2. lib.2. afflict.Deciſ.25.ex eo, quod prīcipaliter non agatur quid non factū Alex. conſ.i.col.pen.& fin.lib.2.A perſona,vt iudicis,quid non factū Alex.conſ.77.col.fin.lib.3. Marſil.ſing.354.Alciat.3.reg. præſumpt.9.Ex eo quod ſolutio ſit facienda per tempora di-

uiſa emptionem;vel non emptionẽ Bar. in.q. Publicanus Ang.conſ.15. Alex.conſ.107.col.2 lib.3. Corn.conſ.38.lib.2.conſ.22.lib.4.Iaſ.in l.ſeruũ.§.eum qui.ff.de leg.i.Tiraq.de retract. §.i.gl.14.n.86. Ex verbo, eius in conceſsione emphitheuſis in tertiam eius generationem non intelligi de pro nepotibus Bald.in aut.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccle. Alex.con.110 col.fin.lib.3.conſ.125.lib.5. Ex eo, quòd Donatio non præſumatur quid non factũ Alex.cõſ. 174.in fin.lib.3.conſ.20.col.fin.lib.5.Corneus conſ.125.lib.2.Iaſ.in.l.ſi non ſortẽ.§.i.de cõd. indebi.& in.l.ſi procurator col.3.eo. tit.in.l.i. §.denique col.fin.ff.ad trebell.& conſi.113.lib. 2.Tiraq.in.l.ſi vnquã in verbo donatione largitus n.169. C.de reuoc.donat.ex modo concludendi eſſe intentatam hanc, vel illam actionem Bar.in.l.certi condictio.§.ſi nũmos.ff.ſi cert.pet.Alex.conſ.92.col.3.lib.i.cũ ſimil. ex patiẽtia de regiſtrãdo bona ſua in alieno æſtimo non ſua Dec.conſi.638.col.fin.lib.5.& bona non ſubiecta collectis ex hoc regiſtro Aymo conſi.111.lib.1. A veriſimili, quod teſtes nõ deponunt non deponere veritatem, itẽ nec veram confeſsionem Paris.conſ.153.col.pen.lib. 4.Ex pœna, quẽ prohibitũ; vel non prohibitũ aliquid facere Paris.conſ.154.col.2.lib.4.a cõmuniter contingentibus non eſſe niſi vnicam dotis conſtitutionem Craue.conſ.282.& non

eſſe confeſsionem ſub ſpe futuræ numerationis Aymo conſi.40.col.2.ex ſpecificatione in vno, aliis non fuiſſe renuntiatū Alex.conſ.col. 2.lib.i.ex tortura crimen & omne aliud inditium eſſe falſum Aymo con.287.Ex eo,quòd quid vendicari poſſit non venire in tranſactione Alex.conſi.46.col.3.libr.i.Ex pietate erga matrem pluralitatem reſoluimus in ſingularitates Old.conſ.182.factū tale. A minimis,falſificantem minimā monetā ſtatuto non cōprehendi Alex.conſ.104.lib.i.A rubricis, quid eſſe vel,non eſſe Alex.conſ.190.col.2.lib.2.conſ.13. col.3.lib.3.Dec. conſ.386.col. fin.c.bonæ.ex. de confirmat.vel inutil.& per omnes in.l.i.ff. cer.pet.cum ſimilib.Ab ordine ſuccedēdi ſiue à caritate naturali teſtatorē,neptem, quā filiū melioris conditionis eſſe noluiſſe.l.ſi viua matre.C.de lon.mat.Dec.conſi.480. col.i.Dec. conſ.514.& conſ.515.col.i. Aymon. conſ.306. col.fin.Ab effectu negatiuā probari Paris.con. 102.col.2.lib.i.ex circunſtantiis, vt ex appoſitione ſigillorū teſtatorem noluiſſe teſtari nuncupatiuè Paris. conſ.46.in prin.libr.3.eadem dici poſſent diſcurrendo per ſingula prædicamenta.Ab odioſis,quid venire,vel non venire vt in generali conceſſione conferendi non venire cōmendā Aymo conſ.284.col.2.Ab æqui paratis fructus annuos non eſſe cōputandos in legitimā Paris.conſi.56. col.fin.lib.3.& qui

non poteſt teſtari nõ poteſt codicillari Paris. conſ.15.col.2.libr.4. A difficultate falſum non eſſe cõmiſſum Paris.con.33.col.fi.lib.2 à valo re rei,vel ab eius æſtimatione quid non venire in diuiſione AYMO conſ.310.col.fin.lib.2. A di uerſitate nominis non idẽ Paris.conſ.57.col. 2.lib.3. Ex verbis ex certa ſcientia;& non per errorem probatur error non interueniſſe Paris.conſi.96.col.6.lib.i.ex iuramento omnia, & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera contractum non eſſe vſurariũ Socyn.iun.cõ. 102.lib.2.faciũt not.per paris.cõſ.54.in prin. lib.i.ex incertitudine loci & quotæ non eſſe translatã poſſeſsionem Doct.in.l.iii.§.incertã ff.de acqu.poſſeſ.Paris. conſ.59.col.2.lib.i.Ex eo,quod eodem loco,die,& hora fiat alienatio bonorũ pupilli per tutorem probatur nõ cauſæ cognitio Paris.cõſ.99.in prin.lib.i.Ex verbis teſtatoris,quibus in ſtirpem,& non in capita liberos vocauit non attendi ex eius vo luntate ordinẽ ſuccedendi Paris.conſ.38.col.i & conſ.40.col.i.libr.2.conſ.91. col.4.col.92. col.pen.lib.eo.ex appoſitione clauſularum inſuetarum iudex adduci poteſt ad credendũ in ſtrumentum ſimulatum.Iaſ. in.l. teſtamentũ. C.de teſtam.Gerard. ſing.77.Dec.conſ.448. nu.23.Corn.conſ.41.col.2.lib.3. Hæc argum. cauſa retuliſſe ſufficiat quaſi vnum ex multis vt inquit.l.c.in.l.ſi quis obrepſerit.ff.ad leg.

Corn.de falſ.& in.l.ita vulneratus ad fin.ff.ad leg.aq.Alex.conſi.25.col.i.lib.4.In quo illud ſubnotandum puto, quòd regulariter ex his argum. regulariter proceditur, non vt plenè probatum ſit, ſed quaſi in alium tranſlatum ſit onus probandi, itaque late ſcribit Alexan. conſ.8.lib.i.& aliàs late tetigimus.

317 Quinquageſimus quartus modus probã di negatiuam eſt quomodocunq; negatiuam probari ſit poſsibile, vt in plurimis conſiliis dixit Corneus vt in con.136.lib.1.& conſ.268 lib.4.cum aliis alleg.per Aymon. conſ.i.nu.9. lib.i.à quo non recedit,quòd in iis,quæ ſunt difficilis probationis probatio admittitur quoquo modo ea haberi poſsit Corn. conſi. 103.lib.i. Alex.conſi.156.&.179.col.6.lib.i.So cyn.conſ.16.lib.3.Alex. conſ.24.col.fin.lib.2. Dec.in.c.cum cauſam nu.12.ex. de probatio. Paris.conſ.55.colum.3.libr. primo. faciunt ea, quæ notauimus aliàs ad.l.conſenſu.C.de repudiis.

318 Venio nunc ad q.quibus verbis vti debeãt teſtes ſuper negatiua depoſituri, & probaturi. Ille eſt modus receptiſsimus. Tale quid factum non eſt, vel tale quid nõ eſt,& hoc ſcio, quia præſens fui, vidi,& audiui & fieri nõ potuiſſet quin ego vidiſſem: aliàs enim ſi ſimpliciter diceretur præſens fui factum non eſt, quòd ego ſciam, vel quòd ego viderim, ni-

hil probaretur: vt per Angel.in.§.hinc nobis in aut. de hæred. & falcid. Dec.conſ.101.col. fin. conſ.177.col. fin.conſ.534.col.fina.Paris. conſ.13.in fin.lib.3.conſ.19. col.3.lib.eo. Rip. in.c.cum eccleſia nu.88.ex.de cauſ.poſſ.& pro pr.Ioan.Ign.in.d.§.non aliàs nu.186.& eſt ratio, quia fieri, vel eſſe potuit, & ab hoc teſte non audiri.c.ex tenore.ex.de teſtibus Barto. in.l.1.§.1.ff. de itin.act.quæ priuat.Aret.conſi. 71.col.3.&.5.Alexan.conſi.156.lib.5.Paris.conſi.162.in princip.lib.4.& ita ſcribit vltra prædicti Alex.conſi.23.col.1.lib.2.conſi.108.col.4. libr.eod.

319 In hoc tamen eſt aduertendum: quòd teſtes ita deponẽtes, de iudicio deponere videntur: quia, quòd aliter fieri non poſſet non percipiunt niſi iudicio, aut intellectu: teſtes autẽ de iudicio non recipiuntur Bartol. in.l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbit. Iaſ.in Rubr.ff. de iureiur.& in.l.1.colum.5.ff.de iuſtit.& iur. Alexan.conſi.15.num.15.conſi.84.num.6.libr. primo conſi.109.col.2.libr.eod.Decius.conſi. 256.nume.5.& conſi.363.& alibi tetigimus. Quare ſufficere putarem ſi dicerent hoc factum non eſt,& hoc ſcio,quia præſens fui,& ſenſi,& fieri non potuiſſet quin ego ſenſiſſem habito reſpectu ad communem curſum, & contingentiã rerum,& factorum:teſtis.n.à cõmuniter cõtingẽtibus ꝓbat vt aliàs diximus.

Sed dubito ne non concludat; licet enim ego non audiuerim, alius tamen audire potuiſſet. Sed ex eo, quòd dicitur, quòd fieri nō potuiſſet quin à cōmuniter contingentibus, ipſe audiſſet, vidiſſet, ſenſiſſet, tollitur.

320 Plane aduertendum eſt quòd ſi teſtis dicat hoc factum non eſt; quia præſens fui, etiā probat negatiuā abſq; eo, quod dicat, & fieri non potuiſſet etc. quotieſcunq; ex eius narratis; vt quia ſe aſtrinxiſſet ad locum, & tempus veriſimile eſſet, fieri non potuiſſe quin ipſe audiſſet vel vidiſſet, & ita ſcribit Bal. in A ret. in. c. tertio loco vbi Felyn. ex. de probat. faciunt not. per Bar. in. l. i. in fin. ff. quēadmo. teſtam. aper. Paris. conſ. 162. col. 2. lib. 4. à quo non recedit; quòd teſtium dicta ſunt adiuuanda nō calumnianda Alex. conſ. 44. nu. 35. lib. 5. Imol. conſi. 101. Corn. conſ. 160. lib. 2. Pau. Caſtr. conſ. 37i nu. i. lib. i. Dec. in. d. c. tertio loco col. 4. Iaſ. in. l. ſi fideiusſor in fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Balb. in repet. l. celſus. nu. 20. ff. de vſucap. Alex. cōſ. 177. in fin. conſ. 184. nu. 10. lib. 7. conſ. 149. col. tertia. libr. 5.

321 Inde ex varietate factorum variāda quoq; erunt verba deponentium ſuper negatiua, cuius illud erit exemplum in probando negatiuam tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtat, hoc fiet per teſtes dicentes ſe eſſe maiores 50. ann., & quòd ſemper ita viderūt, & au-

diuerunt,& non audiuerunt vnquã dici con trarium, & quòd eſt,& ſemper fuit cõmunis opinio,quòd ſic ſuit, & eſt,ꝙ non extat contrarii memoria ; Aliàs niſi ita articuletur , & probetur hæc negatiua non probatur, vt per Paris.conſ.104.nu.121.lib.i.& conſi.112. col.3. lib.i. Aliæ rationes , niſi fallor,ex eis modis, quos ſupra congeſsimus notari poterunt.

522 Aduertendum etiã eſt circa prædicta ; quia licet aliàs teſtis non interrogatus de ratione in ciuilibus fidẽ faciat ; vt per Abb. & Felyn. in.c.cauſam,quæ.ex.de teſtibus : tamen teſtis deponens ſuper negatiua ſi rationem dicti ſui non alleget,etiam non interrogatus etiam in ciuilibus,nihil probat Bald.in.l.cum hi.§.ſi in tegra.ff.de tranſact.Alex.conſi.21.col.fin.conſ. 136.col.4.lib.i.Dec.conſi. 101.col.2. conſ.534. col.fi.conſ.575.conſ.634.nu.16.conſ. 649.nu. 9.libr.5.Rip.in.d.c.cũ eccleſia nu.88.Aymo conſ.2.col.2.lib i.His facile aſſentior: quia ne gatiua regulariter eſt improbabilis per rerum naturam vt prædiximus , quare quaſi ibi maius ſit periculum, cautius eſt agendum,& ratio eſt ea, quæ dat eſſe, & ſubſtantiã teſti.Bal. in.l.data opera col. 9.C.qui accuſ. poſſ.conſi. 229.lib.4.Orian.in.c.quoniam contra in verbo teſtes. ex.de probat. Alex.in.l.i.in prin.ff. de oper.nou.nunt.conſ.100.col.3.lib.i.conſi. 59.n.3.lib.3.conſ.120.col.3.lib.5.Hæc maxime

procedunt in criminalibus, in quibus teſtes ſine ratione non recipiuntur vt per Alexand. conſi.15.col.6.libr.i.Dec.conſ.37. num.7.Aymo conſi.2.nu.3.conſi.115.col.2. Et ita vltra prædict.ſcribit Salyc.in.l.fin.col.2.C.de probat.Alex.d.conſi.15.col.6.Dec.conſi.429.col. pen.Alex. conſi.141.col. fin.lib.i.

323 Hæc limit. non procedere vbi ex dictis teſtium veriſimiliter eum redditurum congruã rationem colligere poſſumus: tunc enim licet rationem expreſſe non reddat, tamen pro expreſſa ratione hoc habetur vt per Orian.in c.quoniam contra in verbo teſtium.nume.21. ex.de probat.faciunt ea, quæ ſupra dixi.

324 Secundo limit.non procedere vbi teſtes deponerent veriſimilia: tunc enim teſti rationẽ non reddenti, & non interrogato ſuper negatiua credimus; vt per Felyn. in.c.tertio loco nume.10.vbi Dec.numer.9.ex.de probation. fac.not.per Alex.conſi.141.col.fin.lib.i.

325 Tertio limit.non procedere in teſtibus deponentibus pro reo, in quiſito quod ſe aliter defendere non poſſet, & ita ſcribit Alex.conſi. 76.col.fin.lib.i.quod ego ampliarem in quaIibet negatiua probanda in fauorem rei: quia pro Rei defenſa admittuntur teſtes inhabiles amici fratres. procedimus per coniecturas credimus teſtibus etiam de credulitate, & de iudicio, vt per Alex.conſi.76.col.fin.conſi.109

col.fin.conſi.169.col.i.lib.i.conſ.13.lib.3.Dec. cōſ.576.cō.678.Iaſ.con.133.col.2.lib.i.Veron. conſi.crimi.76. Marſ.ſing. 19. & in Rubr. de probat.fol.4.Crauetta conſ.118.in fin.libr.i. cum his, quæ aliàs latius cumulaui. & ita in affirmatiua pro reo teſtes recipi ſine ratione conſ.Corn.conſi.162.col. ſecunda libr.primo conſi.134.col.2.lib.3.Decius.conſi. 459.col.i. Alexan.conſi.109.colum.pen.libr.primo Bald.in.l.ſolam.col.fin.verſ.ſecundo quæritur.C.de teſtibus.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA